^l prosecutione *VL 2548* persecutione

^m ad prefatam - ipsorum *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Köln 25b, Wolfenbüttel 75*

ⁿ negotiorum *OL 778* beneficiorum

(6) Id^a ipsum etiam esse^b volumus de^c huiusmodi capellanis commensalibus^d, etiamsi, ut premittitur, nunc^e transmissi^f fuerint, ubicumque ipsos rebus^g eximi contigerit ab humanis^h. Ceterum edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria et alia supradicta, queⁱ vivente adhuc dicto Clemente predecessore usque ad eius obitum, nisi de ipsis per eum fuerit ordinatum, et deinde usque ad datam presentium apud sedem vacaverunt eandem, illaque^j vacare decernimus apud ipsam, dummodo in eis ius in re licet ad rem non^k sit^l aliquibus acquisitum, decernentes ex nunc^m irritum et inane, si secus in predictisⁿ singulis^o scienter vel^p ignoranter per quemcumque^q seu quoscumque apostolica^r vel quavis alia auctoritate attemptatum fuerit vel contigerit in posterum attemptari, non obstantibus pie memorie Clementis III^s, Gregorii X^t ac Bonifatii VIII et aliorum Romanorum pontificum predecessorum nostrorum constitutionibus super hiis^u editis¹, quatenus^v edicto^w sunt obvie^x memorato, ceteris in ipsis constitutionibus^y contentis^z in suo robore duraturis.

¹ VI 3.4.1-41.

^a Id *Kraków 1288* Et idem

- ^b esse *fehlt VL 1171, Firenze 45, Wolfenbüttel 75*
^c de *Kraków 1288, FRIEDBERG in*
^d etiam esse - commensalibus *fehlt VL 2548; commensalibus fehlt VL 3984, Köln 25b*
^e nunc *fehlt VL 2548; VL 1171 non*
^f *VL 2548 folgt non*
^g rebus *fehlt Firenze 45*
^h duximus - humanis *fehlt Arm. 82, BL 2850*
ⁱ que *OL 778 quo*
^j illaque *BL 2850 illarum; VL 2548 illa quod*
^k non *fehlt Trier 987*
^l sit *fehlt Napoli 12*
^m decernentes - nunc *FRIEDBERG decernimus ex tunc*
ⁿ *VL 1171, Kraków 1288 folgt et eorum; VL 2548, FRIEDBERG folgt et*
^o *FRIEDBERG folgt eorum*
^p scienter vel *fehlt Wolfenbüttel 75*
^q quemcumque *FRIEDBERG quemcumque*
^r apostolica *fehlt Wolfenbüttel 75*
^s Clementis III *fehlt VL 2548, Kraków 1288, FRIEDBERG*
^t X *Kraków 1288 decimo*
^u hiis *fehlt VL 2548; Kraków 1288 hoc*
^v quatenus *fehlt VL 2548*
^w *VL 2548, FRIEDBERG folgt essent et*
^x obvie *VL 2548, Kraków 1288, FRIEDBERG contrarie*
^y super hoc - constitutionibus *fehlt VL 3984, Köln 25b, Wolfenbüttel 75*
^z super hoc - contentis *BL 2850, VL 6343 contrariis; contentis fehlt Kraków 1288*

(7) Quod ad^a prelaturas, prioratus, administrationes, obedientias et alia quevis officia, quocumque nomine censeantur, Cistercien(sium) et aliorum similium^b ordinum ac monasteriorum, domorum et locorum religiosorum, in quibus persone ad predicta assumuntur, ponuntur et admoventur^c iuxta morem^d, qui in dicto Cistercien(sium) ordine observatur, et ad mendicantium ordines eorumque loca nostre^e non^f est intentionis extendi.

In eadem quoque reservatione prelature et administrationes et officia predicatorum et minorum aliorumque ordinum mendicantium prefatorum minime includantur^g.

^a Quod ad *Arm. 82, BL 2850, VL 2548, VL 6343, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987* Quoad; *VL 1171* Et ad

^b similium *Firenze 45* quorumcumque

^c admoventur *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Köln 25b, Mainz 39, Napoli 12, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75* amoventur

^d morem *Stuttgart 61* tenorem

^e nostre *fehlt OL 778; Trier 987* nunc

^f non *fehlt Wolfenbüttel 75*

^g Quod ad prelaturas - includantur *fehlt VL 2548, Kraków 1288, FRIEDBERG*

(8) Pensiones insuper annuas^a ab ipsis^b et eorum superioribus aliisque prelatibus inferioribus nec non a quibuscumque capitulis^c, conventibus, collegiis vel singularibus personis factas^d et faciendas personaliter et aliquibus ex eisdem^e cardinalibus seu quibusvis aliis ex pre-nominatis personis, pensiones predictas^f seu assignationes^g quantitatum quarumlibet^h superⁱ certis provinciis, diocesibus, ecclesiis^j, monasteriis vel aliis ecclesiasticis locis aut or-

dinibus, etiam a^k quibusvis predecessoribus nostris Romanis pontificibus factas^l premissis personis sive alicui earundem^m vel monasteria, prioratusⁿ et administrationes quaslibet, beneficia regularia vel alia quelibet, quocumque nomine censeantur, non^o consueta ab olim clericis secularibus assignari huiusmodi personis^p vel aliis clericis^q eisdem^r collata sive concessa commende^s vel alio quovis titulo ab eisdem predecessoribus vel aliis^t seu episcopis vel superioribus^u prelatis, capitulis, conventibus vel collegiis sub edicto predicto nolumus^v aliquatenus comprehendi, quo minus eis cedentibus vel decedentibus sive illa^w quovis alio^x modo dimittentibus monasteria ipsa, prioratus, administrationes, beneficia et loca huiusmodi ad ecclesias et monasteria sive^y alia loca religiosa vel alia ecclesiastica eorumque prelatos sive personas, ad quas antea eorum dispositio pertinebat seu^z quibus immediate subesse noscuntur, libere revertantur, nisi eis aliquod canonicum obstiterit vel de ipsis aliter duxerimus disponendum^{aa}. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Avinione etc.^{bb} anno quinto^{cc1}.

¹ 1320 September 5 - 1321 September 4.

^a annuas VL 2548 anuales; Stuttgart 61 illas

^b ipsis VL 1171, Kraków 1288, FRIEDBERG episcopis

^c Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 1171, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Köln 25b, Mainz 39, Napoli 12, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75 capitulis; VL 2548, FRIEDBERG capellanis

^d factas et faciendas Trier 987 factis et faciendis

^e ex eisdem fehlt Kraków 1288

^f predictas fehlt VL 2548; VL 1171, FRIEDBERG preterea

^g seu assignationes fehlt VL 2548

^h quarumlibet VL 2548 contrarium; Köln 25b, Stuttgart 61 quorumlibet

ⁱ super fehlt BL 2850, VL 6343; VL 2548, VL 3984, Köln 25b, Mainz 39, Napoli 12, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 sub

^j ecclesiis fehlt VL 2548

^k a fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Köln 25b, Mainz 39, Napoli 12, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75

^l factas BL 2850, VL 6343 factis

^m earundem BL 2850, VL 1171, VL 2548, VL 3984, VL 6343, Stuttgart 61 eorundem

ⁿ prioratus fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Köln 25b, Wolfenbüttel 75

^o nomine - non fehlt Napoli 12

^p personis Arm. 82 pensionis

^q secularibus - clericis fehlt VL 2548

^r eisdem VL 2548, Kraków 1288 eiusdem; vel aliis clericis FRIEDBERG alicui earundem

^s commende Kraków 1288 canonice; Stuttgart 61 modo; FRIEDBERG in commendam

^t clericis - aliis fehlt OL 778; vel aliis fehlt Kraków 1288

^u superioribus VL 2548 minoribus

^v nolumus BL 2850, VL 1171, Kraków 1288 volumus

^w illa VL 1171 alia

^x alio fehlt VL 2548

^y loca - sive fehlt Stuttgart 61

^z seu BL 2850, VL 6343 sub

^{aa} disponendum BL 2850, VL 3984, VL 6343, Köln 25b, Mainz 39, Napoli 12, Trier 987, Wolfenbüttel 75 providendum; VL 1171 ordinandum

^{bb} Nulli ergo - etc. nur VL 1171; Kraków 1288 Datum Avinione

^{cc} anno quinto nur VL 2548; quinto Kraków 1288 V

55.

Arm. 82, fol. 53v-54v; **IM 669**; **RV 70 Rubr.**, fol. 5v Nr. 192; **RV 70**, fol. 55r-55v; **BL 2825**, fol. 47r-47v; **BL 2850**, fol. 29v; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 20r; **VL 1171**, fol. 74r-74v; **VL 3984**, fol. 68v-69r; **VL 6343**, fol. 50r-50v; **Firenze 45**, fol. 8vb-9ra; **Mainz 39**, fol. 283r-283v; **Napoli 12**, fol. 47v-48r; **Paris 4172**, fol. 52r-53r; **Trier 987**, fol. 19r-19v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 33v-34r; **Druck: BR 4**, S. 287 Nr. 23; **Regest: Jean XXII**, *Lettres communes* 3 S. 150 Nr. 12007 und S. 170 Nr. 12242 (nach IM 669/RV 70).

RESERVATIO DOMINI IOHANNIS IN TERRIS^a ECCLESIE^b.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Imminente^c nobis licet immeritis^d ecclesiarum et monasteriorum omnium^e sollicitudine generali, circa^f illa precipue nos adhibere convenit salutaris et vigilis providentie^g studium, que in terris ad nos et Romanam ecclesiam spectantibus constituta fore^h noscuntur. Ad statum itaque pacificum et tranquillum terrarum earundem et partium vicinarum sollicitis studiis intendentes et cupientes attentius, quod archiepiscopales et episcopales ac collegiateⁱ ecclesie nec non abbatie^j, monasteria, prioratus et alia loca ecclesiastica^k quecumque secularia et regularia exempta et non exempta^l, ad^m quorum regimina perⁿ electionem prelati consueverunt assumi^o, in eisdem terris consistentia, ubicumque dicte terre consistant, cum illas vel illa^p pro tempore^q per cessum^r vel decessum seu alias quomodocumque^s pastorum vel administratorum^t regimine carere^u contingat^v, personis pacem^w amantibus nobis et eidem^x ecclesie Romane fidelibus et alias idoneis nostre cooperationis^y ministerio committantur, provisionem omnium et singularum^z archiepiscopalium, episcopalium aliarumque collegiarum^{aa} ecclesiarum^{bb} nec non abbatiarum^{cc}, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet^{dd} predictorum consistentium in terris predictis^{ee} nunc vacantium et vacaturorum in posterum, quotiens eas^{ff} vel ea quocumque modo vacare contingeret, aut aliquam seu aliquod eorundem dispositioni^{gg} nostre et sedis apostolice usque ad nostrum et ipsius^{hh} sedis beneplacitum de apostolice potestatis plenitudine reservamus, auctoritate apostolica universisⁱⁱ ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet predictorum capitulis et collegiis, conventibus et personis^{jj} districtius inhibentes, ne in eisdem^{kk} ad aliquam electionem, nominationem^{ll} vel postulationem seu provisionem quamcumque, si^{mm} vacationis tempus in eis vel aliqua seu aliquo ex eisdem nuncⁿⁿ forsan immineat vel in posterum imminebit^{oo}, quoquo modo procedant. Nos enim ex nunc^{pp} irritum decernimus et inane, quidquid contra huiusmodi reservationem et inhibitionem nostras a predictis capitulis, collegiis^{qq} et conventibus ac aliis quibuscumque personis quavis auctoritate scienter vel igno-

ranter extiterit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, idus septembris pontificatus nostri anno quarto^{rr1}.

¹ 1319 September 13

^a *Wolfenbüttel 75 folgt Romane*

^b Reservatio - ecclesie *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Paris 4172, Wolfenbüttel 75; RV 70 Rubr.* Ad futuram rei memoriam. Reservavit dispositioni sedis apostolice prelatore et beneficia terrarum ecclesie ad que quis consuevit per electionem assumi; *VL 1171* Reservatio in terris ecclesie immediate subiectis; *Napoli 12* Reservatio

^c Imminente *Trier 987* Imminentis

^d immeritis *BL 2850, VL 6343* immeriti; *Wolfenbüttel 75* in mentis

^e omnium *Firenze 45* cum

^f circa *VL 1171* cura

^g providentie *Wolfenbüttel 75* prudentie

^h constituta fore *IM 669* constitute

ⁱ ac collegiate *fehlt IM 669*

^j nec non abbatie *fehlt IM 669*

^k prioratus - ecclesiastica *fehlt IM 669*

^l et non exempta *fehlt Napoli 12*

^m ad *VL 3984* de

ⁿ per *Napoli 12* ad

^o secularia - assumi *fehlt IM 669*

^p illa *fehlt VL 3984*

^q tempore *BL 2850* potestate

^r per cessum *BL 2850, Firenze 45* processum

^s quomodocumque *VL 1171* quocumque

^t *IM 669, VL 1171* folgt suorum

^u carere *fehlt Firenze 45*

^v contingat *Arm. 82, IM 669, RV 70, BL 2825, VL 1171, Mainz 39, Napoli 12* continget; *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Trier 987, Wolfenbüttel 75* contingeret

^w pacem *fehlt VL 3984, Wolfenbüttel 75*

^x eidem *Napoli 12* eisdem

^y cooperationis *Firenze 45* operationis

^z singularum *IM 669, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Napoli 12, Wolfenbüttel 75* singulorum

^{aa} archiepiscopalium - collegiatarum *fehlt IM 669; collegiatarum fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Wolfenbüttel 75*

^{bb} *BL 2850, VL 3984, Wolfenbüttel 75* folgt parochialium

^{cc} nec - abbatiarum *IM 669* et

^{dd} prioratum - quorumlibet *IM 669* tam regularium quam secularium

^{ee} consistentium - predictis *fehlt IM 669*

^{ff} eas *BL 2850, VL 6343, Napoli 12* eos

^{gg} *IM 669, RV 70, VL 1171* folgt et ordinationi

^{hh} ipsius sedis *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Wolfenbüttel 75* sedis apostolice

ⁱⁱ universis *BL 2850, VL 6343* universarum

^{jj} universis - personis *fehlt IM 669*

^{kk} in eisdem *IM 669* capitula ecclesiarum et conventus monasteriorum huiusmodi seu alie persone quecumque

^{ll} nominationem *fehlt IM 669*

^{mm} quamcumque si *IM 669* aliquam aliam cum

ⁿⁿ in eis - nunc *IM 669* emerit vel etiamsi

^{oo} vel in - imminebit *IM 669* de presenti; imminebit *fehlt Napoli 12; VL 3984* imminebat

^{pp} nunc *VL 1171* tunc

^{qq} collegiis fehlt IM 669

^{rr} Datum - quarto fehlt VL 6343, Firenze 45, Wolfenbüttel 75; Avinione - anno quarto BL 2850 etc.; quarto BL 2825, VL 1171, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987 IIII

56.

Arm. 82, fol. 54v-55r; **IM 771**; (nicht in RA 16, 17, folglich keine RA-Überlieferung); **RV 73**, fol. 25v-26r; **BL 2825**, fol. 47v-48r; **BL 2850**, fol. 30r-30v; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 20r-20v; **VL 1171**, fol. 74v-75r; **VL 3984**, fol. 69r-69v; **VL 6343**, fol. 50v-51r; **Firenze 45**, fol. 9ra; **Mainz 39**, fol. 283v-284r; **Napoli 12**, fol. 48r-48v; **Paris 4172**, fol. 53r-53v; **Trier 987**, fol. 19v-20r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 34r-34v; **Druck: LUX, Constitutionum S. 61f. Nr. 6** (nach BL 2825); **Regest: Jean XXII, Lettres communes 4 S. 165 Nr. 16165 und S. 168 Nr. 16185** (nach IM 771/RV 73) (auch in Arm. LIII vol. 8 fol. 153r-153v).

RESERVATIO IN PATRIARCHATU AQUILEGIENSI AC MEDIOLANENSI, RAVENNATENSI^a, IANUENSI ET PISANA PROVINCIIS^b.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. In apostolice sollicitudinis^c specula super universas orbis ecclesias divina providentia quamvis immeriti^d constituti ad hoc desiderii promptis intendimus et ferventibus^e studiis laboramus, ut ecclesie pastorum regiminibus destitute non pateant oppressorum^f incursibus nec^g in ovile dominicum per impressionem nefariam et^h procacemⁱ potentiam minus canonicus^j habeatur ingressus. Statu^k igitur patriarchalium, archiepiscopalium^l, episcopalium^m aliarumque collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratumⁿ et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet secularium et^o regularium exemptorum et non exemptorum^p, ad quorum^q regimina per electionem prelati consueverunt assumi^r, in patriarchatu Aquilegiensi nec non Mediolanensi, Ravennatensi, Ianuensi et Pisana provinciis consistentium, quas^s et que frequenter, prout experientia docuit, retroacti et hucusque^t continuata malitia temporis in earum provisionibus variis discriminibus noscitur subiecisse, nostre mentis obtutibus^u occurrente ac propterea similibus in posterum obviare periculis, donec favente^v Domino sublata procella temporis impacati^w et^x eisdem ecclesiis et personis earum plena et^y in eligendo securitas ministretur, sollicitis affectibus^z cupientes provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium et aliarum quarumlibet ecclesiarum collegiatarum secularium et regularium^{aa} nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum quorumcumque piorum^{bb} locorum exemptorum et non exemptorum^{cc} consistentium in^{dd} patriarchatu et^{ee} provinciis supradictis, ad quas vel ad quos seu que prelati consueverunt seu debent per electionem assumi, nunc^{ff} ubicumque vacantium et, que deinceps vacare contigerit^{gg}, dispositioni et ordinationi nostre et sedis apostolice de fratrum nostrorum consilio usque ad eiusdem sedis beneplacitum de apostolice potestatis

plenitudine reservamus, auctoritate apostolica universis^{hh} ecclesiarum, abbatiarumⁱⁱ, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet^{jj} predictorum, capitulis, collegiis, conventibus et personis districtius inhibentes, ne in eisdem ad aliquam electionem, nominationem, postulationem seu provisionem quamcumque, cum tempus vacationis ingruerit, vel ad presens, si forsitan nunc immineat^{kk}, procedere quoquo modo presumant absque sedis^{ll} eiusdem auctoritate et licentia speciali. Nos enim^{mm} irritum decernimus et inane, quidquid contra reservationem et inhibitionem nostras huiusmodi a predictis capitulis, collegiis, conventibus et aliis quibuscumque personis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, III kalendas augusti pontificatus nostri anno sextoⁿⁿ¹.

¹ 1322 Juli 30.

^a Ravennatensi *fehlt Firenze 45*

^b Reservatio - provinciis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75; VL 1171 Reservatio dignitatum in regno Italie*

^c sollicitudinis *Wolfenbüttel 75 sedis*

^d immeriti *Napoli 12 immerito*

^e ferventibus *VL 3984 fructibus*

^f oppressorum *BL 2850 ipsorum*

^g nec *alle anderen Hs. außer RV 73, VL 1171 ut*

^h et *VL 3984 ex; BL 2850, VL 6343 folgt aliter*

ⁱ procacem *VL 3984, Napoli 12 potestate; Wolfenbüttel 75 procante (!); BL 2850, VL 6343 folgt per tante*

^j canonicus *BL 2850, Napoli 12 canonicis; VL 3984 canonicis*

^k Statu *Arm. 82, BL 2850 Statum; VL 1171 statui; Firenze 45, Napoli 12 Statuimus*

^l archiepiscopalium *fehlt Firenze 45*

^m episcopalium *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*

ⁿ prioratum *fehlt VL 1171*

^o ecclesiasticorum - et *fehlt VL 1171*

^p exemptorum - exemptorum *fehlt VL 1171*

^q ad quorum regimina *Firenze 45 regimina ad que*

^r *VL 1171 folgt tam in terris Italie ecclesie Romane immediate subiectis quam*

^s *quas Napoli 12 quod*

^t retroacti et hucusque *Wolfenbüttel 75 retroactis et huiusque*

^u obtutibus *BL 2850, OL 778, VL 6343 obtutu*

^v favente *Arm. 82, IM 771, RV 73, BL 2825, BL 2850, VL 1171, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 faciente*

^w impacati *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Wolfenbüttel 75 nuncupati*

^x et *fehlt IM 771, RV 73, VL 1171; BL 2850, VL 6343 ut*

^y et *fehlt RV 73, BL 2850, VL 1171, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75*

^z affectibus *BL 2850 effectibus*

^{aa} et regularium *fehlt VL 1171*

^{bb} piorum *BL 2850 priorum*

^{cc} exemptorum - exemptorum *fehlt VL 1171*

^{dd} *VL 1171 folgt terris*

^{ee} *VL 1171 folgt aliis*

^{ff} nunc *fehlt Wolfenbüttel 75*

^{gg} nunc - contigerit *fehlt VL 1171*

^{hh} universos *Firenze 45* universarum

ⁱⁱ abbatiarum *fehlt Napoli 12*

^{jj} ecclesiasticorum quorumlibet *fehlt VL 1171*

^{kk} ad presens - immineat *VL 1171* forte immineat de presenti

^{ll} sedis *fehlt Firenze 45*

^{mm} *IM 771, RV 73* folgt ex nunc; *VL 1171* folgt ex tunc

ⁿⁿ Datum - sexto *fehlt VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75; Avinione - sexto BL 2850 etc.; sexto BL 2825, VL 1171, Paris 4172 VI*

57.

Arm. 82, fol. 55r-56r; **Reg. Aven.**, fol. \$\$\$; **RV 113 Rubr.**, fol. 13r Nr. 174; **RV 113**, fol. 174va-174vb; **BL 2825**, fol. 48r-48v; **BL 2850**, fol. 30v-31r; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 20v; **VL 3984**, fol. 69v; **VL 6343**, fol. 51r-51v; **Firenze 45**, fol. 9ra-9rb; **Mainz 39**, fol. 284r-284v; **Napoli 12**, fol. 48v; **Paris 4172**, fol. 53v-54r; **Trier 987**, fol. 20r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 34v-35r; **Druck: Lux, Constitutionum S. 63 Nr. 8** (nach BL 2825); **Regest: Jean XXII, Lettres communes 5 S. 468 Nr. 23400.**

PROROGATIO RESERVATIONUM^a IN ITALIA, PROVINCIA RAVENNATENSI ET ALIIS SEQUENTIBUS PROVINCIIS^b.

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum videlicet^c kalendis aprilis pontificatus nostri anno septimo^{d1} nos de statu partium Italie spiritualiter et temporaliter **actore^e** Domino promovendo sollicite cogitantes ac cupientes, ut^f per providentiam sedis apostolice de pastoribus et prelatibus in partibus disponderetur^g predictis, qui nobis et ecclesie Romane devoti et fideles existerent et aliis^h scirent et possent preesse utiliterⁱ et prodesse, omnes et singulas cathedrales et collegiatas ecclesias seculares et regulares^j civitatis et diocesis et provincie^k Ravennatensis ex tunc^l usque ad biennium vacaturas provisioni^m nostre et eiusdem sedis apostolice auctoritate apostolica duximus reservandas, districtius inhibentes omnibus et singulis, ad quos provisio, electio, postulatio vel quevis alia predictarum ecclesiarum dispositio alias pertinerent, ne ad provisionem, electionem, postulationem vel aliam dispositionem illarum procederent quovis modo, ac decernentes irritum et inane, si secus a quoquam super hiis quavis auctoritateⁿ scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum autem instet finis dicti biennii nosque velimus eisdem inducti^o considerationibus super predictis ulterius paterne sollicitudinis studio providere, reservationem predictam ad duos annos continuos^p a fine dicti biennii numerandos auctoritate presentium prorogamus, volentes et decernentes reservationem nostram usque ad biennium, sicut premittitur, prorogatam ad seculares et regulares tam cathedrales quam abbatiales et alias quascunque collegiatas^q preterquam monialium et aliarum^r religiosarum mulierum ecclesias^s

¹ 1323 April 1.

exemptas et non exemptas - quibusvis declarationibus nostris super hoc factis alias non obstantibus - extendendam. Nulli ergo etc. Datum Avinione, VI kalendas aprilis anno nono^{t2}.

Item eodem modo in civitate et diocesi ac provincia Aquilegiensi.

Item eodem modo in Pisana

Item eodem modo in Ianuensi

Item eodem modo in Gradensi

Item eodem modo in Mediolanensi

civitatibus, diocesis et provinciis.

² 1325 März 27.

^a reservationum VL 6343 reservationis

^b Prorogatio - provinciis OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 Prorogatio reservationum in Italia; RV 113 Ad perpetuam rei memoriam. Reservatio omnium prelatorum per Italiam constitutarum; provincia - provinciis Napoli 12 Ravenn(atense) et in quibusdam aliis provinciis

^c videlicet VL 6343 VI

^d septimo Arm. 82, BL 2825, Firenze 45, Mainz 39, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 VII

^e alle Hs. außer RV 113 auctore

^f ut Firenze 45 et

^g disponeretur BL 2850, VL 6343 disponantur

^h aliis Wolfenbüttel 75 alias

ⁱ utiliter BL 2850, VL 3984, VL 6343, Wolfenbüttel 75 utilitatibus

^j regulares Wolfenbüttel 75 spirituales

^k ac provincie fehlt OL 778, Firenze 45

^l usque VL 3984 eisque

^m provisioni Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 dispositioni

ⁿ auctoritate fehlt Firenze 45

^o inducti BL 2825 induci

^p continuos fehlt Firenze 45

^q collegiatis Napoli 12 collegiatarum

^r aliarum fehlt Napoli 12

^s ecclesias fehlt Wolfenbüttel 75

^t Datum - nono fehlt Wolfenbüttel 75; VI - nono fehlt Napoli 12

58.

Arm. 82, fol. 56r-56v; **Nicht in RA 26, 27 und 28, also keine RA-Überlieferung**; **RV 114**, fol. 4r Nr. 216 (Rubrik), fol. 47va-47vb; **BL 2825**, fol. 48v-49r; **BL 2850**, fol. 31r-31v; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 20v-21r; **VL 3984**, fol. 70r; **VL 6343**, fol. 51v-52r; **Firenze 45**, fol. 9rb; **Mainz 39**, fol. 284v-285r; **Napoli 12**, fol. 49r; **Paris 4172**, fol. 54r-55r; **Trier 987**, fol. 20r-20v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 35r-35v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 64f. Nr. 10** (nach BL 2825); **Regest: Jean XXII, Lettres communes 6 S. 633 Nr. 29729** (nach Lux).

PROROGATIO RESERVATIONUM IN ITALIE PROVINCIIIS^a.

Ad futuram rei memoriam. Olim ad statum partium Italie salubriter actore^b Domino promovendum^c nostre considerationis intuitum^d dirigentes ac cupientes, ut in ecclesiis partium

earundem^e cathedralibus et collegiatis secularibus et regularibus tales preficerentur per providentiam sedis apostolice pastores et prelati, qui nobis et eidem^f sedi fideles existerent^g et devoti ac scirent et possent preesse utiliter et prodesse^h, hiis et aliis certisⁱ causis rationabilibus, que ad^j hoc nostrum animum induxerunt, omnes et singulas cathedrales et collegiatas^k seculares et regulares ecclesias civitatis et diocesis ac provincie Mediolanensis^l primo a^m kalendis aprilis pontificatus nostri anno VIIⁿ¹ usque ad duos annos^o ex^p tunc subsequentes^q proxime vacaturas provisioni nostre et sedis apostolice predictae auctoritate apostolica duximus reservandas, districtius inhibentes omnibus et singulis, ad quos provisio, electio, postulatio seu quevis alia dispositio ecclesiarum ipsarum alias pertineret, ne ad provisionem, electionem, postulationem vel aliam predictarum ecclesiarum dispositionem procederent quoquo modo, ac decernentes ex tunc^r irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et subsequenter a fine dictionum duorum annorum usque ad biennium ex tunc numerandum reservationem predictam duximus per nostras certi tenoris litteras prorogandam. Sane instante nunc fine dicti^s secundi^t biennii nos eisdem^u moti considerationibus et inducti reservationem et inhibitionem et decretum predicta usque ad^v duos annos a kalendis aprilis proxime futuri² continue computandos auctoritate apostolica tenore presentium extendimus ac etiam prorogamus, volentes ac decernentes reservationem ipsam ad seculares et regulares tam cathedrales quam abbatiales et alias quascumque collegiatas preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclesias exemptas et non exemptas^w - quibusvis^x declarationibus nostris alias factis super hoc nequaquam obstantibus - extendendam. Nulli ergo etc. Datum Avinione, IIII kalendas aprilis pontificatus nostri^y anno XI^{z3}.

Idem in Ravennatensi

Idem in Pisana

Idem in Ianuensi

Idem in Aquilegiensi^{aa}

Idem in Gradensi

civitatis, diocesibus et provinciis.

¹ 1323 April 1.

² 1325 April 1.

³ 1327 März 29.

^a Prorogatio - provinciis *OL 778; RV 114* Ad futuram. Reservatio ecclesiarum cathedralium et collegiatarum Italie prorogatur; Italie provinciis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172* provinciis Italie; *Wolfenbüttel 75* partibus Italie

^b actore *alle Hs. außer RV 114* auctore

^c promovendum *Firenze 45* providendo

^d intuitum *Trier 987* virtutum
^e earundem *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75* earum
^f eidem *VL 3984* eisdem
^g existerent *RV 114* existent
^h utiliter et prodesse *fehlt OL 778*
ⁱ certis *fehlt Trier 987; Firenze 45* ceteris
^j que ad *OL 778* quoad
^k collegiatas *VL 3984* collegata
^l Mediolanensis *RV 114* Aquilegiensis
^m a *fehlt Napoli 12, Wolfenbüttel 75*
ⁿ VII *Arm. 82, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Paris 4172, Trier 987* septimo
^o usque - annos *fehlt VL 3984*
^p ex *fehlt Wolfenbüttel 75*
^q subsequentes *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75* sequentes
^r ex tunc *fehlt Napoli 12*
^s dicti *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*
^t secundi *fehlt Wolfenbüttel 75; Firenze 45* 2ⁱ
^u eisdem *BL 2850* eiusdem
^v *Firenze 45* folgt alios
^w et non exemptas *fehlt BL 2850*
^x quibusvis *Wolfenbüttel 75* quibus
^y pontificatus nostri *fehlt RV 114, Firenze 45*
^z IIII - XI *fehlt Wolfenbüttel 75; XI VL 3984, Mainz 39* undecimo
^{aa} Aquilegiensi *RV 114* Mediolanensi

59.

Arm. 82, fol. 56v-57r; **Reg. Aven.**, fol. \$\$\$ (nicht in RA 32-34); **RV 115**, fol. 8rb (Rubrik), fol. 108ra-108rb; **BL 2825**, fol. 49r-49v; **BL 2850**, fol. 31v-32r; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 21r-21v; **VL 3984**, fol. 70r-70v; **VL 6343**, fol. 52r; **Firenze 45**, fol. 9rb-9va; **Mainz 39**, fol. 285r-285v; **Napoli 12**, fol. 49r-49v; **Paris 4172**, fol. 55r-55v; **Trier 987**, fol. 20v-21r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 36r-36v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 65f. Nr. 12** (nach BL 2825); **Regest: Jean XXII, Lettres communes 8 S. 384 Nr. 46322.**

ALIA PROROGATIO RESERVATIONUM IN PROVINCIIS^a ITALIE^b.

Ad futuram rei memoriam. Circa statum partium Italie salubriter auctore Domino dirigendum convertentes dudum studia mentis nostre et cupientes, ut in ecclesiis partium earundem cathedralibus et collegiatis secularibus et regularibus tales per apostolice sedis providentiam circumspectam^c prelati preficerentur et rectores, qui nobis et sedi predicte fideles existerent et devoti ac scirent et possent eisdem preesse utiliter ecclesiis et prodesse, hiis et aliis certis causis rationabilibus, que ad hoc nostrum animum induxerunt, omnes et singulas cathedrales et collegiatas ecclesias civitatis^d et diocesis ac provincie Aquilegiensis per biennium prorogando successive usque ad instantis kalendas aprilis de biennio in biennium per diversas nostras litteras inde confectas provisioni nostre et sedis eiusdem^e auctoritate apostolica duximus reservandas, districtius inhibentes omnibus et singulis, ad quos provisio, electio, postulatio seu quevis alia dispositio ecclesiarum ipsarum alias pertinebat, ne ad provisionem, electionem, postulationem vel aliam predictarum ecclesiarum

dispositionem procederent quoquo modo, ac decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et insuper voluimus^f et decrevimus^g per litteras novissime reservationis et prorogationis huiusmodi reservationem eandem ad seculares et regulares tam cathedrales quam abbatiales et alias quascumque collegiatas preterquam monialium et aliarum religionarum mulierum ecclesias exemptas et non exemptas dictarum civitatis et diocesis ac provincie^h - quibusvis declarationibus aliis factis super hoc non obstantibus - extendendam. Cum autem terminus ultime reservationis huiusmodiⁱ per nos facte instare noscatur, nos eisdem moti considerationibus et inducti reservationem, inhibitionem, voluntatem et decretum predicta usque ad duos annos ab eisdem kalendis aprilis proxime instantis¹ auctoritate apostolica tenore presentium modo et forma expressis superius extendimus ac etiam prorogamus^j. Nulli ergo etc. Datum Avinione, V kalendas aprilis anno XIII^{k2}.

Item in eodem modo in Mediolanensi^l

Item in eodem modo in lanuensi

Item in eodem modo in Pisana

Item in eodem modo in Ravennatensi

Item in eodem modo in Gradensi

civitatibus et diocesibus et provinciis.

¹ 1329 April 1.

² 1329 März 28.

^a provinciis *Wolfenbüttel* 75 partibus

^b Alia - Italie *Arm.* 82, *BL* 2825, *BL* 2850, *OL* 778, *VL* 3984, *VL* 6343, *Firenze* 45, *Mainz* 39, *Napoli* 12, *Paris* 4172, *Wolfenbüttel* 75; *RV* 115 Prorogat reservationem ecclesiarum cathedralium et collegiatarum in civitate, diocesi et provincia Aquilegiense ad biennium

^c circumspectam *BL* 2850, *VL* 6343, *Trier* 987 circumspecti; *Paris* 4172 circumspecta

^d civitatis *Wolfenbüttel* 75 civitates

^e eiusdem *Paris* 4172 apostolice

^f voluimus *BL* 2850, *Firenze* 45, *Napoli* 12 volumus

^g decrevimus *BL* 2850, *VL* 6343, *Napoli* 12 decernimus

^h provincie *VL* 3984 provinciis

ⁱ huiusmodi *fehlt RV* 115

^j prorogamus *VL* 3984 promulgamus

^k Datum - XIII *fehlt Wolfenbüttel* 75; Avinione - XIII *VL* 3984 etc.; XIII *BL* 2850 tertio; *RV* 115, *Trier* 987 tertio decimo

^l *Wolfenbüttel* 75 *folgt* Item in eodem modo in Aquilegensi

60.

Arm. 82, fol. 57v-58r; **Reg. Aven.**, fol. \$\$\$ (nicht in RA 35, 36); **Reg. Vat.**, fol. \$\$\$ (nicht in RV 115); **BL** 2825, fol. 49v-50r; **BL** 2850, fol. 32v; **OL** 778, fol. 3r (Rubrik), fol. 21v; **VL** 3984, fol. 70v-71r; **VL** 6343, fol. 52v; **Firenze** 45, fol. 9va; **Mainz** 39, fol. 285v-286r; **Napoli** 12, fol. 49v-50r; **Paris** 4172, fol. 55v-56v; **Trier** 987, fol. 21r-21v; **Wolfenbüttel** 75, fol. 36v-37r; **Druck:** *Lux, Constitutionum* S. 68f. Nr. 15 (nach *BL* 2825); **Regest:** -.

RESTRICTIO RESERVATIONUM IN TUSCIA ET TERRIS ROMANE ECCLESIE SUBIECTIS^a.

Ad futuram rei memoriam. Dudum ad statum pacificum et tranquillum partium Tuscie et terrarum ad nos et Romanam ecclesiam spectantium sollicitis studiis intendentes ac cupientes attentius, quod archiepiscopales et episcopales ac collegiate ecclesie nec non abbacie, monasteria, prioratus et alia loca ecclesiastica quecumque^b secularia et regularia exempta et non exempta, ad quorum regimina per electionem prelati consueverunt assumi, in eisdem partibus ac terris consistentia, ubicumque dicte terre consistenter, cum illas seu illa pro tempore per cessum^c vel decessum seu alias quomodocumque pastorum vel administratorum^d regimine carere contingeret, personis pacem amantibus nobis et eidem^e ecclesie Romane fidelibus et alias idoneis nostre^f cooperationis ministerio committerentur, provisionem omnium et singularum^g archiepiscopalium, episcopalium aliarumque collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum^h ecclesiasticorum quorumlibet predictorum consistentium in partibus et terris predictis tunc vacantium et vacaturarum in antea, quotiensⁱ eas^j vel ea quocumque^k modo vacare contigerit, aut aliquam^l seu aliquod^m eorundem dispositioni nostre et sedis apostolice usque ad nostrumⁿ et ipsius sedis beneplacitum reservavimus^o de apostolice plenitudine potestatis, auctoritate apostolica universis^p ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet predictorum capitulis et collegiis, conventibus et personis districtius inhibentes, ne in eisdem ad aliquam electionem, nominationem vel postulationem seu provisionem quamcumque, si vacationis tempus in^q eis vel aliqua seu^r aliquo ex eisdem tunc^s forsitan imminebat vel in posterum immineret, procederent^t quoquo modo, ac decrevimus ex tunc irritum et inane, quidquid contra huiusmodi reservationem et inhibitionem nostras a predictis capitulis, collegiis, conventibus ac aliis quibuscumque personis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari^u. Certis^v igitur rationabilibus causis et considerationibus moti pariter et inducti reservationem, inhibitionem et decretum ac beneplacitum supradicta usque ad duos annos a kalendis mensis ianuarii nunc instantibus¹ in antea^w computandos dumtaxat volumus^x perdurare, nisi illa aliis rationibus forsitan inducti provideremus in tempus amplius proroganda. Voluimus^y insuper et decrevimus^z reservationem, inhibitionem, decretum et beneplacitum supradicta ad monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclesias exemptas et non

¹ 1330 Januar 1.

exemptas aliquatenus non extendi. Nulli ergo etc. Datum Avinione, II^{aa} kalendas ianuarii pontificatus nostri^{bb} anno XIII^{cc2}.

² 1329 Dezember 31.

- ^a Restrictio - subiectis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75*
- ^b quecumque *Firenze 45* quorumcumque
- ^c per cessum *Firenze 45, Napoli 12* processum
- ^d pastorum vel administratorum *VL 3984* postulator vel administrator
- ^e eidem *Firenze 45* eisdem
- ^f nostre *fehlt Firenze 45*
- ^g singularum *VL 6343, Mainz 39, Wolfenbüttel 75* singulorum
- ^h locorum *Napoli 12* *folgt* prelatorum
- ⁱ quotiens *Napoli 12* totiens
- ^j eas *VL 3984* eis
- ^k quocumque *BL 2850, VL 6343* quomodocumque
- ^l aliquam *Napoli 12* aliquem
- ^m aliquod *VL 3984* aliquid
- ⁿ nostrum *BL 2850* unus
- ^o reservavimus *BL 2850, VL 3984, Wolfenbüttel 75* reservamus
- ^p universis *BL 2850, VL 6343* universarum
- ^q in *fehlt Firenze 45*
- ^r aliqua seu *fehlt Firenze 45*
- ^s tunc *BL 2850* tam
- ^t procederent *BL 2850* concederent
- ^u contigerit attemptari *Arm. 82, BL 2825, VL 3984, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75* existeret attemptatum; *BL 2850, VL 6343* extiterit attemptatum
- ^v Certis *Firenze 45* Ceteris
- ^w in antea *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75*
- ^x volumus *Napoli 12, Wolfenbüttel 75* volumus
- ^y volumus *BL 2850, Firenze 45, Wolfenbüttel 75* volumus
- ^z decrevimus *BL 2850, Firenze 45* decernimus
- ^{aa} II *Napoli 12* secundo
- ^{bb} pontificatus nostri *fehlt VL 3984*
- ^{cc} Avinione - XIII^{III} *Wolfenbüttel 75* etc.; ianuarii - XIII^{III} *fehlt Firenze 45*

61.

Arm. 82, fol. 58r-58v; **Reg. Aven.**, fol. \$\$\$ (nicht in RA 37-39); **RV 116**, fol. 12vb (Rubrik), fol. 187ra-187va; **BL 2825**, fol. 50r-50v; **BL 2850**, fol. 33r; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 21v-22r; **VL 3984**, fol. 71r; **VL 6343**, fol. 52v-53r; **Firenze 45**, fol. 9vb; **Mainz 39**, fol. 286r-286v; **Napoli 12**, fol. 50r; **Paris 4172**, fol. 56v-57r; **Trier 987**, fol. 21v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 37r-37v; **Druck:** LUX, Constitutionum S. 66f. Nr. 13 (nach RV 116); **Regest:** -.

ALIA PROROGATIO RESERVATIONUM IN PROVINCIIS ITALIE^a.

Ad futuram rei memoriam. Dudum circa statum partium^b Italie salubriter auctore^c Domino dirigendum diligentibus studiis intendentes et cupientes, quod ecclesiis partium ipsarum^d cathedralibus et collegiatis secularibus et regularibus prelati et rectores per apostolice sedis providentiam circumspectam preficerentur^e idonei, qui nobis et eidem sedi fideles exi-

sterent et ipsis ecclesiis preesse possent utiliter et prodesse, hiis et aliis considerationibus certis, que ad id nostrum animum induxerunt, omnes et singulas cathedrales, abbatiales et alias quascumque^f collegiatas ecclesias seculares et regulares exemptas et non exemptas in civitate, diocesi ac provincia Mediolanensi consistentes preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclesias^g dispositioni nostre et sedis eiusdem duximus diversis temporibus per nostras inde confectas litteras auctoritate apostolica reservandas, districtius inhibentes omnibus et singulis, ad quos provisio, electio, postulatio seu quevis alia dispositio earundem ecclesiarum alias pertinebat, ne ad provisionem, electionem, postulationem vel aliam ecclesiarum ipsarum^h dispositionem, cum eas vel earum aliquam vacare contingeret, procederent quovis modo, ac decernentes ex tuncⁱ irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Sane cum ultime reservationis per nos facte, ut prefertur, de dictis ecclesiis terminus^j sit in^k kalendis mensis aprilis futuri proxime^l terminandus^l, nos adhuc eisdem moti considerationibus et inducti reservationem, inhibitionem et decretum predicta usque ad biennium ab eisdem kalendis^m in antea computandumⁿ auctoritate predicta tenore presentium modo et forma expressis superius extendimus ac etiam prorogamus. Nulli ergo etc. Datum Avinione, VI kalendas aprilis^o anno XV^{p2}.

Item in eodem modo in Aquilegiensi

Item in eodem modo in Ravennatensi

Item in eodem modo in Gradensi

Item in eodem modo in Pisana

Item in eodem modo in Ianuensi

civitatis, diocesibus ac provinciis.

¹ 1331 April 1.

² 1331 März 27.

^a Alia - Italie *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75; RV 116* Ad futuram rei memoriam. Reservationes dudum facte de omnibus ecclesiis cathedralibus et abbatialibus preterquam monialium in provincia Aquilegiensi nunquam aspirantes usque ad biennium prorogantur

^b partium *fehlt Firenze 45*

^c auctore *RV 116* auctore

^d ipsarum *BL 2850, VL 6343* illarum

^e preficerentur *Arm. 82, BL 2825, Firenze 45, Paris 4172, Trier 987* preficiantur

^f quascumque *fehlt RV 116*

^g ecclesias *fehlt RV 116*

^h alias pertinebat - ipsarum *fehlt VL 3984*

ⁱ tunc *Napoli 12* nunc

^j terminus *fehlt VL 3984*

^k in *BL 2850, VL 6343, Firenze 45, Napoli 12 III*

^l terminandus *Firenze 45, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987* terminandis

^m kalendis *Firenze 45* vel

ⁿ computandum *Firenze 45* computandis

^o *Napoli 12* folgt pontificatus nostri

^p Datum - XV fehlt *Wolfenbüttel 75*; XV RV 116 quintoX; BL 2850, VL 6343 quintodecimo etc.

62.

Arm. 82, fol. 60r-61r; **Reg. Aven.**, fol. \$\$\$; **RV 117 Rubr.**, fol. 2va; **RV 117**, fol. 23rb-23va; **BL 2825**, fol. 51v-52r; **BL 2850**, fol. 34r-34v; **OL 778**, fol. 3r (Rubrik), fol. 22v-23r; **VL 3984**, fol. 72r; **VL 6343**, fol. 54r; **Firenze 45**, fol. 9vb; **Mainz 39**, fol. 287v-288r; **Napoli 12**, fol. 51r-51v; **Paris 4172**, fol. 58v-59r; **Trier 987**, fol. 22v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 38v-39r; **Druck: Lux, Constitutionum S. 67f. Nr. 14** (nach BL 2825); **Regest: -**.

PROROGATIO RESERVATIONUM BENEFICIORUM IN CIVITATE ET DIOCESI AC PROVINCIA GRADENSI FACTA ANNO XVII PONTIFICATUS DOMINI IOHANNIS AD DUOS ANNOS A KALENDIS APRILIS COMPUTANDOS^a.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Circa statum partium Italie salubriter actore^b Domino dirigendum studiis diligentibus intendentes et cupientes, quod in^c cathedralibus et collegiatis partium illarum ecclesiis secularibus et regularibus prelati et rectores per apostolice sedis providentiam circumspectam preficiantur^d idonei, qui nobis et eidem sedi fideles existant^e ipsisque ecclesiis preesse possent^f utiliter et prodesse, hiis et aliis certis considerationibus, que ad id nostrum animum induxerunt, dudum omnes et singulas cathedrales, abbatiales et alias quascumque collegiatas seculares et regulares preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum exemptas et non exemptas ecclesias in civitate, diocesi ac provincia Gradensi^g consistentes^h dispositioni nostre et dicte sedisⁱ duximus diversis temporibus successive per nostras inde confectas litteras reservandas, districtius inhibentes omnibus et singulis, ad quos^j provisio, electio, postulatio seu quevis alia dispositio earundem ecclesiarum alias pertinebat, ne ad provisionem, electionem, postulationem seu quamvis aliam ipsarum ecclesiarum dispositionem^k, cum eas vel earum aliquam vacare contingeret, procederent quoquo modo, ac decernentes ex tunc^l irritum et inane, si secus per quoscumque quavis auctoritate super hiis scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Sane quia ultime prorogationis reservationis per nos de dictis ecclesiis facte terminus est in^m kalendis aprilis futuris proxime¹ terminandusⁿ, nos adhuc prefatis moti considerationibus et inducti reservationem, inhibitionem ac decretum predicta usque ad biennium ab eisdem kalendis in antea numerandum modo et forma expressis superius auctoritate prefata tenore presentium extendimus et etiam prorogamus^o. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis et prorogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem

omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione, V kalendas aprilis pontificatus nostri^p anno XVII^{q2}.

Item in eodem modo	in Mediolanensi ^r in Aquilegiensi in Ianuensi in Pisana in Ravennatensi	civitatibus, diocesi- bus ac provinciis.
--------------------	--	---

¹ 1333 April 1.

² 1333 März 28.

^a Prorogatio - computandos *OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Paris 4172, Wolfenbüttel 75* Prorogatio reservationum factarum in civitate, diocesi et provincia (et provincia *fehlt VL 3984*) Gradensi anno decimo septimo (decimo septimo *Firenze 45, Wolfenbüttel 75 XVII*) domini Iohannis pape (pape *fehlt Firenze 45*) XXII (XXII *Arm. 82, Paris 4172* vicesimi secundi); *RV 117 Rubr.* Ad futuram. Extendit reservationem ecclesiarum cathedralium et collegiatarum in Italia factam ad certum tempus; *BL 2850, VL 6343* Ad Mediolanensem et certas alias provincias per Iohannem papam XXII; *Napoli 12* Prorogatio reservationum factarum in civitate, diocesi et provincia Gradensi

^b actore *alle Hs. außer RV 117* auctore

^c in *fehlt alle Hs. außer RV 117*

^d preficiantur *alle Hs. außer RV 117* preficerentur

^e existerent *alle Hs. außer RV 117* existerent

^f possint *alle Hs. außer RV 117* possent

^g Gradensi *RV 117* Mediolanensi

^h consistentes *BL 2850, VL 6343, Wolfenbüttel 75* consistentia

ⁱ sedis *Wolfenbüttel 75* sedi

^j quos *Wolfenbüttel 75* quorum

^k alias pertinebat - dispositionem *fehlt Firenze 45*

^l tunc *Napoli 12* nunc

^m in *Napoli 12* III

ⁿ terminandus *RV 117* terminandis

^o prorogamus *VL 3984* promulgamus

^p pontificatus nostri *fehlt RV 117, OL 778*

^q autem - XVII *VL 3984* etc.; Avinione - XVII *Wolfenbüttel 75* etc.

^r Mediolanensi *RV 117* Gradensi (!)

63.

Arm. 82, fol. 61r-62v; **Reg. Aven. \$\$\$**, fol. \$\$\$; **RV 117 Rubr.**, fol. 18ra; **RV 117**, fol. 276ra-276rb; **BL 2825**, fol. 52v-53r; **BL 2850**, 35r-35v; **OL 778**, fol., 3r (Rubrik), fol. 23r-23v; **VL 3984**, fol. 72v-73r; **VL 6343**, fol. 54v-55r; **Firenze 45**, fol. 10ra; **Mainz 39**, fol. 288r-289r; **Napoli 12**, fol. 51v-52r; **Paris 4172**, fol. 59v-60v; **Trier 987**, fol. 23r-23v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 39v-40v; **Druck: BOMBI**, Registro S. 200-202 Nr. 62 (nach *BL 2126*); **Regest: -**.

PROROGATIO RESERVATIONUM IN PARTIBUS TUSCIE ET TERRIS ECCLESIE^a.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad statum pacificum^b et tranquillum partium Tuscie et terrarum ad nos et Romanam ecclesiam spectantium dudum sollicitis studiis intendentes et cupientes attentius^c, quod archiepiscopales et epis-

copales ac collegiate ecclesie nec non abbatie, monasteria, prioratus et alia loca ecclesiastica quecumque secularia et regularia exempta et non exempta, ad quorum regimina per electionem prelati consueverunt assumi, in eisdem partibus et terris^d consistentia^e, ubicumque dicte terre consisterent, cum illas^f seu illa pro tempore per cessum vel decesum seu alias quomodocumque pastorum vel administratorum^g regimine carere contingeret, personis pacem amantibus, nobis et eidem ecclesie Romane fidelibus et alias^h idoneis nostre cooperationis ministerio committerentur, provisionemⁱ omnium et singularum^j archiepiscopalium, episcopalium aliarumque collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet predictorum consistentium in partibus et terris supradictis tunc vacantium et vacaturarum^k in antea, quotiens eas vel ea^l quocumque modo vacare contingeret, aut aliquam seu aliquod eorundem^m dispositioni nostre et sedis apostolice usque ad nostrum et ipsius sedis beneplacitum reservavimusⁿ de apostolice plenitudine potestatis, auctoritate apostolica universis ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum quorumlibet predictorum capitulis et collegiis, conventibus et personis districtius inhibentes, ne in eisdem^o ad aliquam electionem vel postulationem seu provisionem quamcumque, si vacationis tempus in eis vel aliqua seu aliquo ex eisdem tunc forsitan imminebat vel in posterum immineret, procederent quoquo modo, ac decrevimus^p ex^q tunc irritum et inane, quidquid^r contra huiusmodi reservationem et inhibitionem^s nostras a predictis capitulis, collegiis, conventibus ac aliis quibuscumque personis quavis auctoritate scienter vel ignoranter existeret attemptatum. Certis igitur rationabilibus causis et considerationibus moti pariter et inducti reservationem, inhibitionem et decretum ac beneplacitum supradicta usque ad duos annos a kalendis mensis^t ianuarii pontificatus nostri anni XIII^{u1} tunc instantibus^v in antea computandos dumtaxat voluimus^w perdurare, nisi illa aliis rationibus^x forsan inducti provideremus in tempus amplius proroganda. Voluimus^y insuper et decrevimus^z reservationem, inhibitionem, decretum et beneplacitum supradicta ad monialium et aliarum mulierum religiosarum ecclesias exemptas et non exemptas aliquatenus non extendi. Et deinde instante fine dicti biennii nos similibus considerationibus et nonnullis aliis rationibus et iustis causis inducti reservationem, decretum et beneplacitum et voluntatem predicta usque ad alios^{aa} duos annos a fine dicti biennii computandos² extendenda duximus et etiam proroganda^{bb}, prout in nostris inde confectis litteris continetur. Cum autem finis dicti secundi^{cc} biennii etiam instare noscatur, nos inducti causis, rationibus et considerationibus

¹ 1330 Januar 1.

² 1332 Januar 1.

	<p>postquam scirent beneficia ipsa vacare^g, hii, quibus annalia ipsa deberentur ex privilegio, consuetudine vel statuto, vel ipsorum annalium collectores, quam partem habere mallent, an scilicet decime taxationem vel illa dimissa residuum nulla subhastatione premissa eligere tenerentur. Quam electionem si infra predictos decem dies non facerent, ut est dictum, ex tunc ad eum, cuius esset beneficium huiusmodi, optio vel electio transiret ipso iure. Et hec in ecclesiis vel partibus illis^h, in quibus beneficia maiora et alia, quantum ad solutionem decime erant taxata, voluerat observari. In illis vero ecclesiis et partibus, in quibus decimarum taxatio non erat facta, servaretur, quod fructus et obventiones beneficii tunc vacantis, qui pro decima solvi consueverant, per medium dividerentur, quorum medietatem haberet is, cui annaliumⁱ per alterum de predictis modis perceptio^j esset concessa, reliquam medietatem perciperet ille, cui erat beneficium concessum pro sustentatione sua et aliis ecclesie oneribus supportandis, quod, si alter de predictis prefata medietate nollet esse contentus, altero contentari volente, pars nolentis^k ipso iure transiret ad volentem et volens fructus et obventiones illius beneficii perciperet universos et, si quidquam aliquis predictorum ultra premissa perciperet illudque eis, ad quos pertineret, infra mensem non restitueret, cum effectu^l eo ipso diversis excommunicationis, suspensionis et</p>
--	--

	interdicti sententiis subiaceret, non obstantibus quibuscumque privilegiis vel indulgentiis aut contrariis consuetudinibus et statutis iuramento, confirmatione sedis apostolice aut alia quacumque firmitate vallatis, que omnia idem predecessor quoad hec revocaverat, cassaverat et irritaverat ^m ac nullius ex tunc esse voluerat firmitatis, prout in predictis litteris plenius continetur, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus et est talis:
FRUCTUS DIVIDI DEBEANT BENEFICIORUM PRIMO ANNO VACANTE ⁿ .	TENOR CONSTITUTIONIS „SUSCEPTI REGIMINIS“ IOHANNIS XXII ^o .

(1) Iohannes episcopus servus servorum Dei^p. Ad perpetuam rei memoriam^q. Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut, que in ecclesiis non^r absque dispendio ministrorum et cultus detrimento^s divini servari viderimus^t, per appositionem congrui moderaminis^u in melius reformemus^v.

^a Mandatur - recipiebantur *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172; BL 2850, VL 6343 folgt* contra constitutionem Iohannis pape XXII, que incipit „Suscepti“; *Stuttgart 61* Mandatum observandi constitutionem „Suscepti“ consequens ad beneficia unius persone *und marginal rechts von anderer Hand* Executoria super extravagantem „Ad regimen“

^b Iudices *Stuttgart 61* Bonifatius VIII

^c annalia *BL 2850, VL 6343* annualia

^d illi *fehlt BL 2850*

^e obtinentibus *VL 6343* obtinentis

^f quo - percipiendi *fehlt Stuttgart 61*

^g vacare *BL 2850, VL 6343* vacarent

^h illis *fehlt Stuttgart 61*

ⁱ annalium *VL 6343* annalia

^j perceptio *fehlt VL 6343*

^k nolentis *BL 2850* volentis

^l effectu *fehlt BL 2850*

^m et irritaverat *fehlt Stuttgart 61*

ⁿ Fructus - vacante *VL 2548; RV 67* Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio „Suscepti regiminis“ cum declarationibus suis; *RV 110B* Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio „Suscepti regiminis“; *VL 1171* Qualiter fructus beneficiorum vacantium dividi debeant, an quod concessi fructus beneficiorum vacantium etc.; *VL 3984* Constitutio domini Iohannis pape XXII super fructibus primi anni reservatis defunctis; *Firenze 45* Qualiter dividi et percipi debeant fructus beneficiorum vacantium primi anni; *Kraków 1288* Tractat de fructibus primi anni per mortem (?); *TARRANT* Constitutio qualiter et a quibus dividi et percipi debeant fructus beneficiorum vacantium primi anni

^o Tenor - XXII *BL 2850, VL 6343*

^p episcopus - Dei *Stuttgart 61* etc.

^q Iohannes - memoriam *fehlt Kraków 1288; Ad - memoriam fehlt VL 1171, VL 2548, Paris 14457; rei memoriam Stuttgart 61* etc.

^r non *fehlt Firenze 45*

^s detrimento *Kraków 1288* detrimentorum
^t viderimus, *Arm. 82* videmus; *Paris 14457* in divinis
^u moderaminis *Kraków 1288* moderationis
^v nos - reformemus *Stuttgart 61* etc.

(2)^a Cum itaque^b in nonnullis ecclesiis observetur et a^c longis^d retro^e temporibus fuerit observatum, quod fructus primi vel secundi^f aut alterius cuiuscumque^g sequentis^h anni beneficiorum vacantium in eisdem defunctoⁱ vel fabrice aut ecclesiis^j vel personis habentibus annalia^k de^l consuetudine, privilegio^m vel statuto applicanturⁿ in totum, ita^o quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt^p, unde^q illud inconueniens sequitur, quod commode^r nequeunt ad impendendum^s servitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati^t existunt.

^a (2) *fehlt Stuttgart 61*
^b cum itaque *VL 2548* contrahi que
^c a *Napoli 20* in
^d longis *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Paris 14457* longe
^e retro *Arm. 82, BL 2825, BI 2850, VL 3984, VL 6343, Kraków 1288, Paris 4172, Paris 14457* retroactis;
Kraków 1288 folgt et
^f secundi *Firenze 45* 2^l
^g alterius cuiuscumque *VL 3984* alicuius alterius
^h sequentis *fehlt VL 2548*
ⁱ defuncto *Napoli 20* defunctorum
^j ecclesiis *VL 2548* ecclesie
^k annalia *VL 2548* a(n)i(ma)lia; *Firenze 45, Napoli 20, Paris 14457* annualia
^l de *fehlt Halle 54*
^m privilegio *Wolfenbüttel 382* primo
ⁿ applicantur *VL 1171* ampliantur
^o ita *BL 2825* itaque; *VL 2548* infra
^p percipiunt *VL 2548* recipiunt
^q unde *BL 2850, Firenze 45* inde
^r commode *Napoli 20* quondam
^s impendendum *fehlt VL 3984; Wolfenbüttel 382* appendendum
^t beneficiati *VL 2548* benefactis; *Halle 54, Kraków 1288, Paris 14457* beneficia

(3)^a Nos de illo super hiis^b remedio providere volentes, per quod hii^c et illi in fructuum predictorum perceptione participant^d et ecclesie debitis servitiis^e non fraudentur^f, presenti^g decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio^h, quod illi, qui fructus predictosⁱ sibi^j hactenus integre^k vendicabant^l ex privilegio^m, consuetudine vel statuto, nihil exindeⁿ ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decime^o solutione taxari, pretextu cuiusvis^p privilegii vel consuetudinis vel statuti percipiant quovis modo, sed^q ipsius summe perceptione dumtaxat sint^r omnino^s contenti, totali^t residuo predicta obtinentibus beneficia remansuro, nisi forsan^u illi, qui fructus eosdem soliti fuerint^y, ut preferitur, cum integritate percipere, pro^w se^x mallent ipsum habere residuum et obtinentibus ipsa beneficia summam^y dimittere memoratam.

-
- ^a (3) *fehlt Stuttgart 61*
^b *Kraków 1288 folgt opportuno*
^c *hii BL 2850, VL 6343 huius*
^d *participent Firenze 45 percipient; Kraków 1288 participerent*
^e *servitiis Firenze 45 obsequiis*
^f *fraudentur Wolfenbüttel 382 frustrentur*
^g *presenti VL 1171 presertim*
^h *de fratrum - consilio fehlt VL 2548, Wolfenbüttel 382*
ⁱ *predictos VL 2548 debitos*
^j *sibi FRIEDBERG ibi*
^k *integre fehlt VL 2548*
^l *vendicabant Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 2548, VL 6343, Napoli 20, Paris 4172 vendicabunt*
^m *privilegio Wolfenbüttel 382 prima*
ⁿ *nihil exinde fehlt VL 2548; exinde fehlt Halle 54; Firenze 45 inde*
^o *decime Firenze 45 folgt taxatione*
^p *cuiusvis Halle 54, Paris 14457 cuius*
^q *sed BL 2850 vel*
^r *sint Napoli 20 folgt vel dimidio*
^s *omnino fehlt Halle 54, Paris 14457; Kraków 1288 omnes*
^t *totali BL 2850, VL 6343 tali*
^u *forsan fehlt Paris 14457*
^v *fuerint RV 110B, VL 1171, VL 2548, Firenze 45, Halle 54, Kraków 1288, Paris 14457, TARRANT fuerant*
^w *pro VL 3984, Halle 54, Paris 14457, TARRANT per*
^x *pro se Wolfenbüttel 382 posse; Kraków 1288 per se ipsos*
^y *ipsa - summa Wolfenbüttel 382 ipsam summam; summam VL 1171 taxationem*

(4)^a Quo casu percipiendi, quod maluerint, illis^b relinquimus optionem^c, sic^d quod infra^e decem^f dies, postquam sciverint beneficia ipsa vacare, hii^g, quibus annalia^h ipsa debentur ex privilegio, consuetudine vel statuto vel ipsorum annaliumⁱ collectores^j, quam partem habere^k voluerint^l, an^m scilicetⁿ decime taxationem vel illa^o dimissa residuum nulla subhastatione^p premissa eligere teneantur. Quam electionem^q si infra predictos^r decem^s dies non fecerint, ut est dictum, ex^t tunc ad eum, cuius est beneficium huiusmodi^u, optio^v vel electio transeat ipso iure. Et hoc^w in ecclesiis vel^x partibus^y illis, in^z quibus beneficia maiora et alia, quantum^{aa} ad solutionem decime sunt taxata, volumus observari.

-
- ^a (4) *fehlt Stuttgart 61*
^b *illis fehlt Firenze 45*
^c *optionem Napoli 20 occasionem*
^d *sic Halle 54 si*
^e *infra Wolfenbüttel 382 etiam*
^f *decem VL 1171, VL 2548, Kraków 1288, Paris 14457, Wolfenbüttel 382 X*
^g *hii FRIEDBERG iis; RV 110B hiis*
^h *hii - annalia Kraków 1288 quibus hii annalia; annalia VL 2548 a(n)i(ma)lia; Firenze 45, Napoli 20, Paris 14457 annualia*
ⁱ *annalium VL 2548 a(n)i(ma)lium; Firenze 45, Napoli 20, Paris 14457 annualium*
^j *collectores Halle 54 collectorum*
^k *habere fehlt Wolfenbüttel 382*
^l *voluerint Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Napoli 20, Paris 4172 maluerint; Firenze 45 folgt hinc*
^m *Kraków 1288 folgt alias*
ⁿ *an scilicet fehlt Paris 14457; scilicet VL 1171 si*
^o *taxationem - illa Paris 14457 ipsa; illa Kraków 1288 ipsa*

^p subhastatione VL 3984 subtractione; *Wolfenbüttel* 382 sub attestacione
^q electionem *Napoli* 20 electum
^r infra predictos *Wolfenbüttel* 382 etiam dictos; predictos *fehlt Paris* 14457
^s decem VL 1171, VL 2548, *Kraków* 1288, *Napoli* 20, *Paris* 14457, *Wolfenbüttel* 382 X
^t ex *Kraków* 1288 et
^u huiusmodi *FRIEDBERG* huius
^v optio *Halle* 54 operatio
^w hoc *Kraków* 1288 hec est
^x ecclesiis vel *fehlt VL* 2548; vel *Kraków* 1288 et
^y partibus *Paris* 14457 personatibus
^z in *fehlt Paris* 14457
^{aa} quantum VL 3984, *Paris* 14457 que

(5)^a In illis^b vero ecclesiis et^c partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur, quod fructus et obventiones beneficii tunc vacantis,

quod in ^d decima solvere ^e consuevit ^f ,	qui pro decima solvi consueverunt,
---	------------------------------------

per medium dividantur, quorum medietatem habeat is, cui annalium^g per alterum de predictis modis perceptio est concessa, reliquam^h veroⁱ medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum, pro sustentatione sua et aliis ecclesie oneribus supportandis, quod, si alter de predictis prefata^j medietate noluerit^k esse contentus, altero^l contentari volente, pars nolentis^m transeat ad volentemⁿ, et volens fructus et obventiones illius beneficii percipiat universos, eidem^o beneficio faciens^p congrue deserviri et eius supportans^q onera consueta^r.

^a (5) *fehlt Stuttgart* 61

^b illis *Napoli* 20 aliis

^c ecclesiis et *fehlt VL* 2548; et *Paris* 14457 ex

^d in *fehlt Kraków* 1288

^e *Kraków* 1288 *folgt* vero

^f quod - consuevit *fehlt Firenze* 45; VL 3984 que in decima solvere consueverunt; *Napoli* 20 quos in decima solvere consuevit; *Paris* 14457 quos in decimis solvere consuevit; *FRIEDBERG* quod decimam solvere consuevit

^g annalium VL 2548 a(n)i(ma)lium; *Firenze* 45, *Napoli* 20, *Paris* 14457 annualium

^h reliquam *Paris* 14457 relinquendo

ⁱ vero *fehlt Arm.* 82, *BL* 2825, *BL* 2850, VL 3984, VL 6343, *Napoli* 20, *Paris* 4172, *Paris* 14457

^j prefata *BL* 2850, VL 6343 facta

^k noluerit *BL* 2850, *Wolfenbüttel* 382 voluerit

^l altero *Wolfenbüttel* 382 alteri

^m nolentis *BL* 2850 volentis; *Arm.* 82, *BL* 2825, *BL* 2850, VL 1171, VL 3984, VL 6343, *Napoli* 20, *Paris* 4172 (*erst nach transeat*) *folgt* ipso iure

ⁿ ad volentem *Kraków* 1288 avolentem (!)

^o eidem *Kraków* 1288 ecclesie

^p faciens *Kraków* 1288 facient(es)

^q supportans *Wolfenbüttel* 382 superstans

^r et eius - consueta *fehlt VL* 1171

(6)^a Et si quidquam aliquis^b predictorum ultra premissa perceperit illudque^c hiis^d, ad quos pertinebit^e, infra mensem non^f restituerit, cum effectu eo^g ipso, si episcopus vel superior

prelatus fuerit, a^h pontificalibusⁱ et ingressu^j ecclesie^k se suspensum^l, si autem capitulum, universitas vel collegium^m, interdicto se noverint, donec predictaⁿ cum integritate restituerint, subiacere. Si vero aliqua singularis persona^o ecclesiastica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso^p facto, a qua^q nisi^r restitutione premissa^s preterquam in mortis articulo minime^t absolvatur, non obstantibus quibuscumque privilegiis vel indulgentiis^u aut contrariis consuetudinibus et statutis^v iuramento, confirmatione sedis apostolice aut alia^w quacumque firmitate^x vallatis^y, que omnia^z quoad hoc^{aa} auctoritate apostolica revocamus, cassamus^{bb} et irritamus^{cc} ac nullius deinceps esse volumus firmitatis^{dd}. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, revocationis, cassationis^{ee}, irritationis^{ff} et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc.^{gg} Datum Avinione^{hh}, VIIIⁱⁱ kalendas novembris pontificatus nostri^{jj} anno secundo^{kk}¹.

	<p>Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii G. decani et canonici ecclesie ..^{ll} petitio continebat, nonnulli pretendentes fructus, redditus et proventus primi et secundi ac nonnullorum aliorum^{mm} sequentium annorum decanatus dicte ecclesie nec non eiusdem et sancti .. ac .. ecclesiarum canonicatum et prebendarum, quosⁿⁿ idem G. canonicè obtinet, pretextu privilegii, consuetudinis quinimo corruptele aut statuti ad se spectare eosdem fructus vendicaverint, perceperint et levaverint contra tenorem constitutionis memorate et propterea idem G. in eisdem ecclesiis debitum servitium impendere vel impendi facere nequeat, prout decens esset, nos volentes in premissis de opportuno remedio providere etc. mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios predictam^{oo} constitutionem in prefatis ecclesiis quoad decanatum ac canonicatus et</p>
--	---

¹ 1317 Oktober 25.

	<p>prebendas predictos nec non quecumque alia beneficia ecclesiastica, que eundem G. ex causa permutationis vel alias canonice obtinere continget, in futurum auctoritate nostra sollemniter publicari et observari faciatis, contradictores per censuram etc., non obstantibus, si aliquibus^{pp} communiter vel divisim a^{qq} sede predicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datum etc.</p>
--	---

^a (6) fehlt Stuttgart 61

^b aliquis Napoli 20 omnis; Wolfenbüttel 382 alicui

^c illudque Kraków 1288, Paris 14457 nisi illud

^d hiis fehlt VL 3984; Wolfenbüttel 382 is

^e pertinebit Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Kraków 1288, Paris 4172, Paris 14457 pertinet; VL 1171 pertinebat; VL 3984 permittit

^f non fehlt Kraków 1288, Paris 14457, Wolfenbüttel 382

^g eo Kraków 1288 ex

^h a fehlt VL 2548

ⁱ pontificalibus Kraków 1288, Paris 14457 pontificali honore

^j ingressu VL 2548 in egressu

^k VL 1171, VL 2548, VL 3984, Kraków 1288, Napoli 20, Paris 14457 folgt noverit; Wolfenbüttel 382 folgt sci-
verit

^l noverit - suspensum FRIEDBERG sit suspensus

^m Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt fuerint; VL 3984, Firenze 45 folgt ecclesiastico

ⁿ predicta fehlt Napoli 20

^o persona fehlt Firenze 45

^p ipso Arm. 82 non

^q a qua Kraków 1288 aliqua

^r nisi VL 2548, FRIEDBERG sine

^s Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt ab alio quam Romano pontifice

^t minime fehlt RV 110B, BL 2850, VL 2548, VL 6343; Kraków 1288 nullatenus

^u indulgentiis fehlt VL 1171

-
- ^v contrariis consuetudinibus et statutis VL 3984 constitutionibus aut consuetudinibus et statutis contrariis
^w alia TARRANT alias
^x firmitate VL 2548 infirmitate
^y vallatis Arm. 82 vel latis
^z omnia VL 2548 omnibus
^{aa} quoad hoc Halle 54, Napoli 20 que adhoc; Wolfenbüttel 382 hac
^{bb} VL 3984 folgt annullamus
^{cc} cassamus - irritamus fehlt FRIEDBERG
^{dd} firmitatis VL 2548 infirmitatis
^{ee} VL 3984 folgt annullationis
^{ff} constitutionis - irritationis Kraków 1288 moderationis statutorum, constitutionum, reservationis, inhibitionis; irritationis fehlt Firenze 45
^{gg} etc. Kraków 1288 hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei gratia et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum (!)
^{hh} Avinione fehlt Wolfenbüttel 382
ⁱⁱ VIII BL 2850, VL 6343, Firenze 45 octavo; Kraków 1288 III
^{jj} pontificatus nostri fehlt RA 10, RV 67, RV 110B, Wolfenbüttel 382
^{kk} Nulli - secundo VL 1171 etc.; infringere - secundo fehlt TARRANT; Si quis - secundo fehlt FRIEDBERG; nostre constitutionis - secundo fehlt Paris 14457; secundo VL 6343 II
^{ll} .. BL 2850, VL 6343 N.
^{mm} aliorum fehlt BL 2850, VL 6343
ⁿⁿ quod Arm. 82 quo
^{oo} Stuttgart 61 folgt mandatum
^{pp} si aliquibus fehlt BL 2850; aliquibus Stuttgart 61 aliqui
^{qq} a fehlt Arm. 82

67.

67A. Berlin 661 , fol. 160v; PL 647 , fol. 70v; Ross. 1035 , fol. 17r; VL 4990 , fol. 21r; Kassel 59 , fol. 57r; München 3063 , fol. 254r; Regest: Nova Alamanniae 2/2 S. 729 Nr. 1219.	Berlin 661 , fol. 163r; PL 647 , fol. 74r-74v; Ross. 1035 , fol. 21r; VL 4990 , fol. 23v.
CUM NONNULLE ^a .	CUM NONNULLI ^b .
Sub nomine applicationis ^c Camere de redditibus primi anni licet collegiate non includantur, tamen includantur alie dignitates, nec reputantur cotidiana, que dantur absentibus, et taxantur ^d non taxata per medietatem.	Declarat collegiatas ecclesias, licet faciunt ^e unum capitulum cum cathedrali per exempt(ionem) cathedralis ecclesie a datione annalium Camere apostolice non esse exemptas, sed immo teneri ad solutionem.

^a Cum nonnulle *Berlin 661*, *PL 647*, *Ross. 1035*, *VL 4990*, *Kassel 59*, *München 3063*

^b Cum nonnulli *Berlin 661*, *PL 647*, *Ross. 1035*, *VL 4990*

^c applicationis *PL 647*, *VL 4990* appellationis

^d taxantur *PL 647*, *VL 4990* taxentur

^e faciunt *fehlt Berlin 661*, *Ross. 1035*

67B. IM 650; RA 11, fol. 532r-532v; **RA 197**, fol. 80v-81r (= a), fol. 107r-107v (= b); **RV 69**, fol. 499v Nr. 104 (Rubrik), fol. 522r; **VL 1171**, fol. 71v-72r; **VL 2548**, fol. 40va-40vb; **Druck: FRIEDBERG**, *Corpus iuris canonici* 2 Sp. 1265 (= *Extravag. Com. 3.2.11*); **Regest: Jean XXII**, *Lettres communes* 2 S. 444 Nr. 10107 und S. 456 Nr. 10252; *Grégoire XI*, *Lettres communes* Nr. 39834 (nach *RV 197[a]*). Zur weiteren **Überlieferung** vgl. *BROWN*, *Extravagantes* S. 387-402 Nr. 26.

SI FACTO UNIUS PER(SONE) EVACENT UNO ANNO DUO BENEFICIA, FRUCTUS UTRIQVE DEBENTUR EIS, QUIBUS BENEFICIORUM FRUCTUS^a.

<i>IM 650</i> , <i>RA 11</i> , <i>RV 69</i> , <i>VL 1171</i> , <i>VL 2548</i> , <i>FRIEDBERG</i> .	<i>RA 197(a)</i> .	<i>RA 197(b)</i> .
Gregorius XI. Ad futuram rei memoriam.		
	Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut ius suum cuilibet conservetur. Hinc est, quod nos tenorem	Tenorem

	quarundam litterarum felicitatis recordationis Iohannis pape XXII predecessoris nostri in registro ipsius predecessoris repertum ad	
	dilecti filii magistri Petri Ber- mundi canonici ecclesie de Insula Cavalliecen. dioc. scriptoris nostri, qui dicto tenore se asserit indigere supplicationis instantiam de registro ipso transcribi et	instantiam dilecti filii magistri Bartholomei Francisci ¹ cano- nici Pistoriensis scriptoris nostri se illo indigere asserentis
	presentibus annotari fecimus, qui talis est:	

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cum nonnullae ecclesiastice^b persone in cathedralibus ecclesiis canonicatus, prebendas, dignitates, personatus, officia ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes revocare conentur^c in dubium, an fructus, redditus^d et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum tunc^e vacantium et que in diversis orbis^f partibus usque ad triennium vacare contingeret, quos^g pro ecclesie Romane necessitatibus per nostras^h sub certa forma litteras² duximus deputandosⁱ iuxta tenorem litterarum ipsarum^j Camere nostre solvere teneantur, presertim cum archiepiscopales et episcopales^k ecclesie ac regulares abbatie ab huiusmodi solutione fructuum^l, ut dicunt, in dictis litteris eximantur^m, nos dubitationem huiusmodi amputare volentes auctoritate apostolica declaramus, quod, cum sub appellatione archiepiscopalisⁿ vel episcopalis^o ecclesie aut regularis^p abbatie huiusmodi prebende^q, dignitates, personatus et officia nequaquam intelligantur nec etiam includantur. Predictos nec non et prebendarum et officiorum monachorum^r monasteriorum^s regularium a^t redditibus^u abbatiarum seu abbatum earundem^v, que in beneficiis ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus, redditus et proventus includi in deputatione predicta et dicte Camere iuxta predictarum litterarum tenorem debere persolvi ac id^w idem super solutione omnium fructuum, reddituum et proventuum commendatariarum^x curtium^y seu grangiarum monasteriorum, domorum et locorum conventualium, que pro beneficiis ecclesiasticis, ut predicatur, conceduntur^z, nisi dumtaxat in fructibus illorum, que sunt forsan excepta, declaramus et precipimus observari. Preterea, cum in^{aa} aliquibus ecclesiis tam cathedralibus quam^{bb} aliis panis et potus pro cotidianis distributionibus ipsarum ecclesiarum canonicis et^{cc} personis de prebendarum ipsarum cor-

¹ Bartholomeus Francisci della Capra.

poribus pro die qualibet^{dd} deputentur^{ee} et etiam interdum certa quantitas bladi et quandoque certa^{ff} pecunie summa et aliquando^{gg} alterum pro altero pro singulis mensibus vel hebdomadis etiam^{hh} canonicis studiorum causaⁱⁱ aut alias^{jj} pro eorum negotiis de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesiis eisdem absentibus exhibeantur et etiam persolvantur, declaramus auctoritate predicta illam bladi quantitatem et pecunie summam, que pro quolibet mense vel hebdomada dictis canonicis, ut predicatur, ministrantur, non debere pro cotidianis distributionibus computari, sed illa^{kk} tantum, que prefatis canonicis cotidie^{ll} pro diurnis et nocturnis horis distribuitur^{mm} sine fraude. Adicimus insuperⁿⁿ declarationi predicte^{oo}, quod, si obtinenti curatum beneficium aliud sibi consimile^{pp} collatum fuerit vel etiam in posterum conferatur^{qq}, post secundi beneficii^{rr} pacificam^{ss} possessionem adeptam et fructuum perceptionem ipsius^{tt} nihil de fructibus eiusdem primi beneficii, nisi forsitan super hoc^{uu} dispensatione canonica sit munitus, percipere possit^{vv}, sed pro dicta^{ww} Camera nostra^{xx} iuxta formam predictarum litterarum recipiantur^{yy} et etiam exigantur. Ubi vero fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur^{zz} certa taxatio, declaramus auctoritate predicta, quod fructus, redditus et proventus beneficiorum huiusmodi, cum vacare contigunt^{aaa}, per medium dividantur, quorum medietas recipiatur pro Camera supradicta, reliquam vero medietatem ille^{bbb} pro sua sustentatione percipiat^{ccc}, qui beneficium huiusmodi dinoscitur^{ddd} obtinere. Grangias^{eee} autem et alia loca Cisterciensis ordinis et aliorum^{fff} regularium, in quibus gubernatores seu custodes vel administratores ponuntur ad tempus^{ggg} et removentur^{hhh} ad voluntatem superiorum suorumⁱⁱⁱ, eorumque fructus, redditus et proventus auctoritate declaramus eadem in^{jjj} deputatione predicta ac litteris nostris super illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationis^{kkk}, adiectionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, nonis ianuarii pontificatus nostri^{lll} anno tertio^{mmm}³.

	Ceterum, ut earundem litterarum tenor sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur eamque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, que haberent originales littere supradicte, et eidem prorsus tenori
--	---

² = Johannes **Nr. 72B**.

³ 1319 Januar 5.

	<p>fides adhibeatur, quodcumque et ubicumque, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum ius de novo alicui acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, VI idus aprilis anno quinto⁴.</p>
--	--

⁴ 1375 April 8.

^a Si - fructus VL 1171; RV 69 Ad futuram rei memoriam. Declaratio, quod sub nomine archiepiscopalis vel episcopalis ecclesie aut regularis abbatie non intelligantur prebende, dignitates et officia, et sunt ibi plures alie declarationes et, quod grangie Cisterciensis et aliorum regularium non includantur in ipsis; VL 2548 Declaratur, qualiter super fructus servari primi anni debeant et colligi

^b ecclesiastice *fehlt* VL 1171

^c conentur VL 1171 tenentur

^d redditus *fehlt* VL 2548

^e tunc FRIEDBERG etiam

^f orbis *fehlt* VL 2548

^g quos VL 1171 que nos

^h nostras VL 2548 nos

ⁱ deputandos VL 1171 deputandas; FRIEDBERG reservandos

^j ipsarum VL 1171 nostrarum

^k et episcopales *fehlt* VL 2548

^l fructuum VL 1171, VL 2548 reddituum

^m eximantur VL 1171 exprimantur

ⁿ archiepiscopalis VL 1171 archiepiscopali

^o episcopalis VL 2548 episcopales

^p regularis VL 1171 regulares

^q VL 1171 *folgt* predicte

^r monachorum *fehlt* VL 1171, VL 2548

^s monasteriorum VL 1171 monasticorum

^t a VL 1171, VL 2548, FRIEDBERG ac

^u redditibus FRIEDBERG redditus

^v earundem VL 1171 eorundem

^w id *fehlt* VL 1171, VL 2548

^x commendatariarum VL 1171, VL 2548 commendariorum

^y curtium RV 69, RA 197(a+b) curtum; VL 1171 cultuum; VL 2548, FRIEDBERG curtuum

^z conceduntur VL 1171 concedantur

^{aa} in *fehlt* VL 1171

^{bb} VL 2548 *folgt* in

^{cc} VL 1171, VL 2548 *folgt* aliis prelatibus

^{dd} pro - qualibet *fehlt* VL 2548

^{ee} deputentur FRIEDBERG deputetur

^{ff} et quandoque certa *fehlt* VL 2548

^{gg} aliquando VL 2548 alium

^{hh} etiam VL 1171 in; VL 2548 et

ⁱⁱ causa VL 2548 etiam

^{jj} alias *fehlt* VL 1171; VL 2548 aliis

^{kk} illa IM 650, VL 1171, VL 2548 illam

^{ll} cotidie VL 1171 concedere

^{mm} distribuitur VL 1171, FRIEDBERG distribuuntur

ⁿⁿ insuper *fehlt* VL 2548

^{oo} declarationi predicte VL 1171 declarationem predictam

pp consimile VL 1171, VL 2548 simile
 qq conferatur VL 1171 conferantur
 rr beneficii *fehlt* FRIEDBERG
 ss pacificam *fehlt* RA 197(a+b)
 tt ipsius *fehlt* VL 2548
 uu super hoc *fehlt* RA 197(a+b); hoc VL 1171 hac
 vv possit VL 1171 possint
 ww pro dicta VL 1171 predicta
 xx pro - nostra VL 2548 predictam Cameram nostram
 yy recipiantur VL 1171, VL 2548 accipiantur
 zz reperiretur VL 2548 reperietur
 aaa contingunt VL 1171, FRIEDBERG contigerit
 bbb ille VL 1171 illa
 ccc percipiat RA 197(a+b), VL 1171 recipiat
 ddd dinoscitur VL 1171, VL 2548 noscitur
 eee Grangias VL 1171 Grangia
 fff FRIEDBERG folgt locorum
 ggg ad tempus VL 2548 a tempore
 hhh removentur VL 1171 retinentur
 iii suorum *fehlt* VL 2548
 jij in *fehlt* VL 1171
 kkk declarationis *fehlt* RA 197(a); IM 650 declarationum
 ll pontificatus nostri *fehlt* RA 11, RV 69, VL 2548
 mmm tertio VL 1171, VL 2548 III; FRIEDBERG IV

68.

68A. Berlin 661 , fol. 156r; Ross. 1035 , fol. 13r; Kassel 59 , fol. 57r; Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 825 Nr. 1484 (nach Kassel 59, irrtümlich Benedikt XII. zugeschrieben).	Berlin 661 , fol. 165r (zweimal nacheinander, das zweite Mal mit vacat-Vermerk); PL 647 , fol. 74v; Ross. 1035 , fol. 21r-21v (zweimal nacheinander); VL 4990 , fol. 23v.
ET SIGNAT ^a .	POSTULASTI ^b .
Mandat collectoribus, ut constitutionem „Suscepti regiminis ¹ “ servent in postulatione fructuum primi anni.	Declarat, quod per ^c cotidianas distributiones solum intelliguntur, que dantur interessentibus divinis, et non, que dantur interessentibus ^d , ergo ^e ista debent dari Camere in fructibus primi anni.

¹ = Johannes XXII. **Nr. 66B**.

^a Kassel 59 am rechten Rand Nota ergo debet ista dari Camere in fructibus primi anni

^b Postulasti PL 647, Ross. 1035

^c per *fehlt* PL 647

^d divinis - interessentibus *fehlt* PL 647 (Lücke von ca. 3 cm)

^e ergo Berlin 661, Ross. 1035 (Lücke von 3 cm)

68B. RA 10, fol. 414r-414v (beschädigt); **RV 67**, fol. 295r Nr. 9 (Rubrik), fol. 304v-305r; **RV 69**, fol. 499v Nr. 109 (Rubrik), fol. 522v-523r; **VL 1171**, fol. 65v-66r; **VL 2548**, fol. 40ra-40rb; **Druck: FRIEDBERG, Corpus iuris**

canonici 2 Sp. 1264f. = Extravag. Com. 3.2.10; **Regest:** Jean XXII, Lettres communes 2 S. 251 Nr. 8123. Zur weiteren **Überlieferung** vgl. Brown, Extravagantes S. 387-403 Nr. 23.

DE TAXATIONIBUS PERCIPIENDIS PORTIONEM IUXTA CAPELLANIS EXHIBENDIS^a.

RA 10, RV 67, VL 1171, VL 2548.	RV 69.
Dilecto filio Hugoni de Mirabello ¹ capellano nostro canonico Ebredunensi collectori	Dilectis filiis magistris Bertrando de Montevalrano ² archidiacono Sicalonie Bituricensis et Petro Durandi ³ capellano nostro canonico Ebredunensis ecclesiarum collectoribus

fructuum primi anni omnium^b beneficiorum ecclesiasticorum vacantium et vacaturorum usque ad certi temporis spatium deputatorum pro nostris et Camere nostre oneribus facilius supportandis in

Aragonia et certis aliis partibus auctoritate apostolica ordinato, salutem etc. ^c Postulasti	Maguntinensi ⁴ , Coloniensi ⁵ et Treverensi ⁶ civitatibus, diocesibus et provinciarum auctoritate (apostolica ordinatis, salutem etc.). Postulastis
--	---

per apostolice declarationis evidentiam edoceri, quid tibi^d super dubiis infrascriptis^e circa commissam tue^f industrie recollectionem fructuum predictorum^g imminentibus sit agendum. Tue^h itaque consultationi breviter respondentesⁱ scire te^j volumus beneplaciti nostri esse, quod^k super fructibus beneficiorum, que ita^l reperies^m in solutione decime iuxta verumⁿ taxata valorem^o, quod^p illum^q nequaquam excedunt, cum^r obtinentibus beneficia huiusmodi, prout melius et utilius diocesanis locorum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, quorum consilium^s in hac parte requiras^t, et tibi^u videbitur, valeas^v convenire. Nos enim ipsorum diocesanorum et tuam^w conscientias super hiis oneramus, licet autem^x cotidiane distributiones per nos^y fuerint a perceptione fructuum predictorum excluse, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, que dantur eis, qui horis intersunt, sic quod ille, que solvuntur hiis, qui sunt^z in civitate vel loco presentes^{aa}, quamvis horis non^{bb} intersint eisdem, non sint ab onere dicte recollectionis immunes. Porro declarationem illam factam per nos in deputatione seu reservatione fructuum predictorum, ut videlicet non extendatur ad vicarias seu capellanas ut plurimum a^{cc} decedentibus institutas ad missas pro ipsis de-

¹ Hugo de Mirabello.

² Bernardus de Montevalrano.

³ Petrus Durandi.

⁴ Mainz, Rheinland-Pfalz, Deutschland.

⁵ Köln, Nordrhein-Westfalen, Deutschland.

⁶ Trier, Rheinland-Pfalz, Deutschland.

cedentibus^{dd} celebrandas certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis^{ee} certis feudis, usaticis seu censibus, ut capellanus inibi celebrare debeat pro dotantium^{ff} animabus certis vicibus singulis septimanis et in ecclesia cathedrali horis interesse divinis, dummodo valor annuus^{gg} ipsorum altarium summam viginti^{hh} librarum Turonensiumⁱⁱ non excedat, alioquin^{jj} includantur in deputatione seu reservatione predicta. Ubi^{kk} vero prebenda^{ll} fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum^{mm} posset canonico hebdomadario, cui certum pro illa servitium imminet in ecclesia faciendum, post perceptionem taxationis huiusmodi remanere, volumus, quod de taxatione ipsa pro huiusmodi servitii onere portionem aliquam congruam hebdomadario predictoⁿⁿ dimittas^{oo} pro^{pp} iamdicta Camera nostra residuum percepturus^{qq}. Ceterum prebendas illorum, qui taxationem decime solvere recusantes abesse velle se simulant, ut taxationem ipsam diminuere^{rr} compellaris^{ss}, ne per illorum absentiam ipsius taxationis perceptione^{tt} frauderis^{uu}, quasi nihil de prebenda percipere valeas^{vv}, de qua non percipiunt^{ww} aliquid^{xx}, nisi saltem in loco vel civitate presentes, cum tamen^{yy} ecclesie fabrica^{zz} tales prebendas ex integro percipere dinoscatur, declaramus sub deputatione seu reservatione comprehendi prefata, ut videlicet eas iuxta deputationis nostre modum percipere^{aaa} debeas^{bbb}, canonicorum^{ccc} absentia non obstante. Ridiculum enim^{ddd} esset, ut eadem fabrica potiori quam nos privilegio in talibus uteretur. De illis denique, qui licet^{eee} per multos menses ecclesias^{fff} tenuerint, nihil tamen^{ggg} percepisse^{hhh} se asserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinem patrie predecessores eorum testati fuerint de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibiⁱⁱⁱ satisfacere nequeunt de fructibus antedictis, nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias^{jjj}, donec tibi^{kkk} fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis et volumus, ut, si est ita, oblationi^{lll} huiusmodi condescendas^{mmm}. Per hoc tamenⁿⁿⁿ non intendimus consuetudinem approbare predictam^{ooo}.
Datum Avinione,

V idus octobris pontificatus nostri ^{ppp} anno secundo ^{qqq7} .	II nonas maii anno tertio ⁸ .
---	--

⁷ 1317 Oktober 11.

⁸ 1319 Mai 6.

^a De - exhibendis VL 2548; RV 67 Hugoni de Mirabello collectori fructuum primi anni in Aragonia declarantur dubia quedam super collectione dictorum fructuum; RV 69 Magistris Bernardo de Montealrano et Petro Durandi fit declaratio super dubiis petitis per dominum declarari super preceptione fructuum

^b omnium fehlt RV 69

^c Dilecto - etc. fehlt VL 1171, VL 2548; salutem etc. fehlt RV 67

^d tibi RV 69 vobis

^e infrascriptis VL 1171, VL 2548 in scriptis

- f tue RV 69 vestre
 g VL 1171 *folgt* alias prebendarum et beneficiorum; VL 2548 *folgt* alias prebendarum alias beneficiorum; FRIEDBERG *folgt* alias prebendarum aut beneficiorum
 h Tue RV 69 Vestre
 i respondentes VL 1171, VL 2548 respondemus et
 j te RV 69 vos
 k quod *fehlt* FRIEDBERG
 l ita VL 1171, VL 2548 itaque
 m reperies RV 69 reperietis; VL 1171, VL 2548 recipies
 n verum VL 1171 numerum; VL 2548 numerum beneficiorum
 o valorem VL 1171, VL 2548 maiorem
 p quod VL 1171, VL 2548 que
 q illum *fehlt* VL 1171
 r cum VL 1171 tria; VL 2548 tam
 s consilium FRIEDBERG consilia
 t requiras RV 69 requiratis
 u tibi RV 69 vobis; VL 1171, VL 2548 cum
 v valeas RV 69 valeatis; VL 2548 valeat
 w tuam RV 69 vestras
 x autem VL 1171, VL 2548 nec
 y per nos *fehlt* VL 2548
 z qui sunt *fehlt* VL 2548
 aa presentes VL 2548 presente
 bb non *fehlt* VL 2548
 cc a VL 1171 ad te ad; VL 2548 ad te a
 dd decedentibus VL 2548 descendentibus
 ee altaribus dotatis VL 1171 altaris dota; VL 2548 altaris rata
 ff dotantium FRIEDBERG dantium
 gg annuus *fehlt* VL 2548
 hh viginti VL 1171, VL 2548 XX
 ii RV 69 *folgt* parvorum
 jj non excedat alioquin VL 2548 in excedat
 kk Ubi VL 2548 nisi
 ll prebenda VL 1171, VL 2548 *folgt* non
 mm parum VL 1171, VL 2548 pars
 nn predicto *fehlt* VL 1171, VL 2548
 oo dimittas RV 69 dimittatis
 pp pro VL 1171, VL 2548 per
 qq percepturus RV 69 percepturi; VL 1171 recepturus
 rr diminuere VL 1171, VL 2588 dimittere
 ss compellaris RV 69 compellatis; FRIEDBERG compellantur
 tt taxationis perceptione VL 1171 taxatione perceptionis
 uu frauderis RV 69 fraudemini; VL 1171, VL 2548 fraudis
 vv valeas RV 69 valeatis; VL 1171, VL 2548 valeat
 ww percipiunt VL 1171 participant
 xx aliquid VL 1171, VL 2548 alii
 yy cum tamen VL 2548 contumacim
 zz fabrica VL 2548 fabricas
 aaa dinoscat - percipere *fehlt* VL 1171, VL 2548
 bbb debeas RV 69 debeatis; VL 1171, VL 2548 debeat; FRIEDBERG valeas
 ccc canonicorum RV 69 canonici; FRIEDBERG *folgt* ipsorum
 ddd enim *fehlt* RA 10, VL 1171, VL 2548
 eee qui licet VL 1171, VL 2548 quibus
 fff VL 1171, VL 2548, FRIEDBERG *folgt* vel prebendas
 ggg nihil tamen VL 2548 vel tantum
 hhh percepisse VL 2548 precepisse
 iii tibi *fehlt* VL 2548; RV 69 vobis
 jjj percipias RV 69 percipiatis
 kkk tibi RV 69 vobis

lll oblationi VL 1171 ad oblationem; VL 2548 ad absolutionem
 mmm condendas RV 69 condendatis
 nnn tamen VL 1171 autem
 ooo predictam *fehlt* VL 1171, VL 2548
 ppp pontificatus nostri *fehlt* RA 10, RV 67
 qqq secundo VL 1171, VL 2548 II

69.

69A. Berlin 661, fol. 156r; **Ross. 1035**, fol. 13r; **Kassel 59**, fol. 57r; **Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 825 Nr. 1485** (nach Kassel 59, irrtümlich Benedikt XII. zugeschrieben).

PER VESTRAS^a.

Declarat, quod licet collectoribus durante tempore, quo debent recipere fructus dignitatis, etiam visitare, inquirere, suspendere, excommunicare etc.

^a vestras *Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59 nostras*

69B. RA 11, fol. 539r; **RV 69**, fol. 499v Nr. 127 (Rubrik), fol. 526v; **Regest: Jean XXII, Lettres secrètes 1 Sp. 694f. Nr. 794; Jean XXII, Lettres communes 2 S. 444 Nr. 10115.**

IOHANNI OGERII ET COLLEGIS, QUOD COMPELLANT PRELATOS ET PERSONAS ECCLESIASTICAS AD REVELANDUM EIS VALORES FRUCTUUM PER LUGDUNENSEM ET ALIAS PROVINCIAS^a.

Eisdem collectoribus ‹Dilectis filiis Iohanni Ogerii¹ decano Belnense et Faidito Guirandonis² canonico de Capdroto ecclesiarum Aeduensis et Sarlatensis diocesum collectoribus fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum tunc vacantium et vacaturorum usque ad certi temporis spatium deputatorum pro nostris et Camere nostre oneribus facilis supportandis in Lugdunensi³, Viennensi⁴, Ebredunensi⁵, Tarantasiensi⁶ et Bisuntinensi⁷ provinciis auctoritate apostolica deputatis›. **Per vestras** a nobis postulastis litteras edoceri, an in dignitatibus curam animarum habentibus, quarum^b rectores seu hii, qui obtinent eas, visitare, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, absolvere et de causis cognoscere possint per Lugdunensem, Viennensem, Ebredunensem, Tarantasiensem et Bisuntinensem provincias constitutis, quarum primi anni fructus, redditus et proventus una cum redditibus aliorum beneficiorum ecclesiasticorum tunc ubicumque vacantium et que

¹ Johannes Ogerii.

² Faiditus Guirandonis.

³ Lyon, Rhône-Alpes, Frankreich.

⁴ Vienne, Rhône-Alpes, Frankreich.

⁵ Embrun, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

⁶ Tarantaise, Rhône-Alpes, Frankreich.

⁷ Besançon, Franche-Comté, Frankreich.

usque ad triennium vacare contingeret pro ecclesie Romane necessitatibus relevandis sunt auctoritate apostolica deputati, quorum collectionem vobis per nostras litteras duximus committendam, premissa exercere possitis nec non et beneficiorum illorum fructus, redditus et proventus, que patrimonialia fore noscuntur, ac^c prebendarum seu beneficiorum illarum ecclesiarum, in quibus non est certus beneficiorum numerus, cum persone prebendas seu beneficia huiusmodi obtinentes decedunt, ac fructus etiam redditus et proventus prebendarum seu beneficiorum decedentium canonicorum licet absentium percipere fructus, redditus et proventus, nos igitur insinuationi vestre breviter respondentes declaramus auctoritate predicta, quod liceat vobis in predictis dignitatibus premissa omnia preterquam visitationis officium, quod vos nolumus exercere, libere per vos vel per alium seu alios exequi, quem vel quos ad hoc vos vel alter vestrum duxeritis deputandum vel etiam deputandos, ac fructus, redditus et proventus prebendarum et beneficiorum predictorum canonicorum presentium, decedentium et etiam absentium, presertim cum ipsi absentes canonici potuissent, si voluissent, in dictis ecclesiis esse presentes, iuxta formam predictarum exigere et recipere^d litterarum. Nulli ergo etc. nostre declarationis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, III nonas februarii anno tertio⁸.

⁸ 1319 Februar 3; Anrede im davorstehenden Brief.

^a Iohanni - provincias RV 69

^b quarum RA 11, RV 69 quorum

^c ac RA 11, RV 69 ad

^d et recipere fehlt RV 69

70.

70A. Ross. 1035, fol. 13r; **Kassel 59**, fol. 57r; **Druck:** *Nova Alamanniae* 2/2 S. 825 Nr. 1486 (nach Kassel 59, irrtümlich Benedikt XII. zugeschrieben).

SIGNIFICASTIS^a.

Declarat dignitates etc.^b archiepiscopalium^c et episcopalium^d ecclesiarum comprehendi sub reservatione fructuum primi anni beneficiorum vacantium.

^a Significastis *Berlin 661*, *Ross. 1035*, *Kassel 59* Significatis

^b etc. *Berlin 661* etiam

^c etc. archiepiscopalium *Ross. 1035* etiam archiepiscopales

^d et episcopalium *Berlin 661* Lücke

70B. RA 10, fol. 461r; **RV 67**, fol. 296r Nr. 188 (Rubrik), fol. 325v-326r; **Druck:** *Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande* 1 S. 232-234 Nr. 494; **Regest:** *RIEZLER, Vatikanische Akten* S. 67f. Nr. 107; *Jean XXII, Lettres communes* 2 S. 260 Nr. 8211.

MAGISTRIS PETRO DURANDI ET BERNARDO DE MONTEVALVRANO COLLECTORIBUS FRUCTUUM IN MAGUNTINENSI, COLONIENSI AC TREVERENSI PROVINCIIS DECLARATIO PRIORATUUM, PERPOSITURARUM SUPER COLLECTIONE FRUCTUUM PRIMI ANNI.

Iohannes etc., dilectis filiis magistris Petro Durandi¹ canonico Ebredunensi² capellano nostro et Bernardo de Montevalrano³ rectori ecclesie beate Marie de Verdano⁴ Tolosane⁵ diocesis collectoribus fructuum, reddituum et proventuum primi anni beneficiorum ecclesiasticorum tunc vacantium et vacaturorum usque ad certi temporis spatium auctoritate apostolica deputatorum pro ecclesie Romane necessitatibus relevandis in Maguntinensi⁶, Coloniensi⁷ et Treverensi⁸ provinciis per sedem apostolicam deputatis, salutem etc. **Significastis** nobis per litteras vestras, quod nonnulli priores, prepositi et alii prelati regulares sub se habentes collegia vel conventus per Maguntinensem, Coloniensem et Treverensem provincias constituti asserere moliuntur, quod, sicut abbatie regulares a prestatione fructuum, reddituum et proventuum primi anni beneficiorum ecclesiasticorum tunc vacantium et que usque ad certi temporis spatium vacare contingeret deputatorum per litteras nostras pro ecclesie Romane necessitatibus relevandis, quorum collectionem vobis duxerimus^a in eisdem provinciis per nostras sub certa forma litteras committendam, per eiusdem deputationis litteras eximuntur, sic ipsi a prestatione dictorum fructuum, reddituum et proventuum sunt exempti. Et insuper quidam, qui in archiepiscopalibus ecclesiis dignitates, personatus et officia obtinere noscuntur, allegant, quod, cum dicte littere deputationis huiusmodi se ad archiepiscopales et episcopales ecclesias non extendant, ad personatus, dignitates et officia, que in corpore ipsarum ecclesiarum consistunt, extendi non poterant nec debebant. Nos igitur insinuationi vestre breviter respondentes auctoritate declaramus predicta, quod, cum sub abbatiarum appellatione prioratus, prepositure et alia prelature ac simplicia beneficia regularia nequaquam comprehendantur ipsaque obtinentes dignitates, personatus et officia in archiepiscopalibus et episcopalibus ecclesiis allegent minus rationabiliter in hac parte, omnes priores, prepositos et quosvis prelatos regulares, quocumque nomine censeantur, et^b alios, qui quecumque beneficia regularia, necnon et illos, qui personatus, dignitates et officia in predictis archiepiscopalibus et epis-

¹ *Petrus Durandi.*

² *Embrun, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

³ *Bernardus de Montevalrano.*

⁴ *Verdun-sur-Garonne, Midi-Pyrénées, Frankreich.*

⁵ *Toulouse, Midi-Pyrénées, Frankreich.*

⁶ *Mainz, Rheinland-Pfalz, Deutschland*

⁷ *Köln, Nordrhein-Westfalen, Deutschland.*

⁸ *Trier, Rheinland-Pfalz, Deutschland.*

copalibus ecclesiis obtinent, ad solutionem et exhibitionem fructuum, reddituum et proven-
tuum prioratum, prepositurarum et aliarum prelaturarum et beneficiorum regularium, di-
gnitatum quoque, personatum et officiorum huiusmodi iuxta formam dictarum litterarum
omnino teneri et nihilominus, cum illa beneficia, que valorem annum sex marcharum ar-
genti non excedunt, a solutione dictorum fructuum eximantur in litteris supradictis, de illis
beneficiis debere intelligi modo simili declaramus, que dictarum sex marcharum summam
annuatim iuxta verum valorem non excedunt, non obstante quod in predictis litteris conti-
netur, quod iuxta taxationem decime fructus solvi debeant supradicti. Nulli ergo etc. nostre
declarationis etc. Datum Avinione, XV kalendas iulii anno secundo^{c9}.

⁹ 1318 Juni 17.

^a duxerimus RV 67 duximus

^b et RV 67 etiam

^c Avinione - secundo RV 67 ut supra

71.

71A. Berlin 661, Ross. 1035, fol. 13r; Kassel 59, fol. 57v; Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 825 Nr. 1488
(nach Kassel 59, irrtümlich Benedikt XII. zugeschrieben).

EX LICENTIA CARISSIMI^a.

Declarat, quod non sit intentionis sue iuxta^b constitutionem „Execrabilis“¹ dimissa beneficia
et per eandem constitutionem^c reservata dispositioni apostolice patronis laicis^d preiudicium
inferre, quin ad^e talia beneficia sic dimissa vel vacantia possint presentare^f.

¹ = Nr. 65B.

^a Ex - carissimi Ross. 1035, Kassel 59; Berlin 661 Ex litteris carissimi

^b iuxta Berlin 661 extra

^c constitutionem fehlt Berlin 661, Ross. 1035

^d patronis laicis Berlin 661, Ross. 1035 patronus laicus

^e ad fehlt Berlin 661, Ross. 1035

^f presentare Berlin 661, Ross. 1035 conferri

71B. Reg. Aven., fol. \$\$\$ (nicht in RA 41, 42); RV 116, fol. 17vb (Rubrik), fol. 254ra-254rb; Druck: Jean
XXII, Lettres secrètes ... à la France fasc. 9 S. 145 Nr. 4893. Obwohl das Incipit anders lautet, passt diese
littera inhaltlich auf obige Regel.

EPISCOPO TAURINENSI (!) ET EIDEM NUNTIO, UT ECCLESIAS PROPTER EXILITATEM REDDITUUM
DERELICTAS POST CONSTITUTIONEM „EXECRABILIS“ VIRI PLURES COMMITTANT<UR> AD IURA, NE
SALUS ANIMARUM NEGLIGATUR, NON OBSTANTE CONSTITUTIONE^a.

(199) Conceditur, quod possit videre Rome sanctum sudarium Iesu Christi¹, Turonenses X^a.

¹ Urbain V, *Lettres communes* 8 S. 312 Nr. 24432 (1368 Dezember 7); Grégoire XI, *Lettres communes* Nr. 33428 (1374 Januar 10).

^a Layoutendnote

De indulgentiis

(200) Indulgetur, quod confessorem possit eligere simpliciter, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(138).

^a Layoutendnote

(201) Indulgetur, quod possit eligere confessorem, qui eum absolvat in mortis articulo¹, pro una persona taxatur ‹ad Turonenses› XIII^{a2}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 307 Nr. 106 = MEYER, *Liber Cancellariae* Nr. 1.

² = Johannes XXII. Nr. 52(139).

^a Layoutendnote

(202) De eodem pro viro et uxore, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(140).

^a *Layoutendnote*

(203) Idem fit, si alie persone exprimantur, videlicet pro qualibet persona addantur Turonenses II.

(204) Si vero sine expressione multe persone comprehendantur per modum universitatis aut collegii, taxetur littera <ad> Turonenses L.

(205) Indulgetur, quod possit habere altare portatile¹, pro una persona, Turonenses X^{a2}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 309f. Nr. 108.

² = Johannes XXII. Nr. 52(141).

^a *Layoutendnote*

(206) De eodem pro viro et uxore, etiam Turonenses X.

(207) Indulgetur de celebratione ante diem¹, Turonenses X^{a2}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 310 Nr. 109.

² = Johannes XXII. Nr. 52(142).

^a *Layoutendnote*

(208) Indulgetur de sacramentis ecclesiasticis ministrandis pro confessore, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(143).

^a *Layoutendnote*

(209) Et si sit pro abbatissa et conventu per earum confessorem, Turonenses XL.

(210) Indulgetur de audiendis divinis in loco interdicto, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(144).

^a *Layoutendnote*

(211) Indulgetur de reconciliatione cimiteriorum, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(154).

^a *Layoutendnote*

(212) Indulgetur pro porrigentibus et erogantibus simul, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(159).

^a Layoutendnote

(213) De visitantibus per se¹, Turonenses XII^{a2}.

¹ Vgl. TANGI, KO S. 330f. Nr. 136.

² = Johannes XXII. Nr. 52(160).

^a Layoutendnote

(214) De porrigentibus manus adiutrices per se¹, ‹Turonenses X›^{a2}.

¹ Vgl. TANGI, KO S. 331f. Nr. 137.

² = Johannes XXII. Nr. 52(160).

^a Layoutendnote

(215) Indulgetur, quod possit recipere fructus in absentia usque ad certum tempus¹, gratiosa, Turonenses X^{a2}.

¹ Vgl. TANGI, KO S. 313 Nr. 115.

² = Johannes XXII. Nr. 52(161).

^a Layoutendnote

(216) Et executoria eiusdem, Turonenses XII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(162).

^a Layoutendnote

(217) Et si ponatur, quod non teneatur interim ad ordines promoveri, gratiosa taxatur ‹ad› Turonenses XII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(163).

^a Layoutendnote

(218) Executoria vero, ‹Turonenses› XIII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(164).

^a Layoutendnote

(219) Et si pro pluribus, pro qualibet persona addantur II Turonenses in taxatione cuiuslibet dictarum litterarum, si persone non excedant numerum viginti^{a1}.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 52(165)*.

^a *Layoutendnote*

(220) Si vero excedunt numerum viginti, non augeatur ultra taxatio, sive esset perpetua concessio vel ad tempus.

(221) Ubi autem facta esset concessio regi aut principi vel prelato sine expressione numeri personarum, gratiosa taxatur ad Turonenses XXX.

(222) Executoria, ‹Turonenses› XXXII.

(223) Si vero concessio fiat pro universitate studii perpetuo vel ad tempus, gratiosa taxatur ‹ad› Turonenses L.

(224) Executoria vero, ‹Turonenses› LII.

(225) Indulgetur, quod confessor possit absolvere a peccatis, nisi essent talia, propter que esset sedes apostolica consulenda¹, Turonenses X^a.

¹ Vgl. *TANGL, KO S. 309 Nr. 107*.

^a *Layoutendnote*

(226) Et si ampliatur ‹et› gratia ad casus dicte sedi reservatos se extendatur, taxatur ‹ad› Turonenses XII.

(227) Et si multiplicentur persone cum expressione vel per modum universitatis aut collegii, taxatur ‹ad› Turonenses L.

(228) Indulgetur abbati, quod, quotienscumque ipsum vel successores suos celebrare divina contigerit, ipse et ipsi possint populo assistenti, quemadmodum per episcopos fieri consuevit, ac etiam in mensa benedictionem elargiri, Turonenses XX.

(229) Indulgetur duabus personis, quod possint visitare Sanctum Sepulcrum, que est X linearum vel circa¹, ‹taxatur ad Turonenses X›^a.

¹ Vgl. *TANGL, KO S. 341 Nr. 153*.

^a *Layoutendnote*

(230) Et si plures fuerint, pro qualibet persona addantur Turonenses II.

(231) Indulgetur, quod possit absolvi a peccatis omnibus et sententiis excommunicationum latis a canone etiam in casibus reservatis, Turonenses XX^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(147).

^a Layoutendnote

De licentiis

(232) Licentia concessa recedendi de curia prelato consecrato vel benedicto, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(145).

^a Layoutendnote

(233) Licentia ingrediendi monasterium cum certis personis, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(146).

^a Layoutendnote

(234) Licentia recipiendi tonsuram vel alios ordines, Turonenses VIII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(148).

^a Layoutendnote

(235) Licentia, quod quis non teneatur promoveri usque ad certum tempus ratione beneficii, quod obtinet, ‹Turonenses› X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(149).

^a Layoutendnote

(236) Licentia, quod quis non teneatur promoveri ratione parochialis ecclesie nec in ea residere, Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(150).

^a Layoutendnote

(237) Licentia comedendi carnes concessa religiosis¹, ‹Turonenses› X^{a2}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 334 Nr. 142.

² = *Johannes XXII. Nr. 52(151)*.

^a *Layoutendnote*

(238) De eodem pro secularibus tempore prohibito^a, ‹Turonenses X¹›.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(152)*.

^a De - prohibito VL 3984 als Überschrift dargestellt

(239) Licentia audiendi leges usque ad certum tempus¹, Turonenses X^{a2}.

¹ Vgl. *Tangl, KO S. 350f. Nr. 169 = Jean XXII., Lettres communes 13 S. 58 Nr. 62102.*

² = *Johannes XXII. Nr. 52(153)*.

^a *Layoutendnote*

(240) Licentia percipiendi fructus pro studente in theologia in Romana curia¹, Turonenses XII^{a2}.

¹ Vgl. *TANGL, KO S. 312f. Nr. 114 = Jean XXII, Lettres communes Bd. 9 S. 62f. Nr. 47104 (1329 Oktober 26).*

² = *Johannes XXII. Nr. 52(156)*.

^a *Layoutendnote*

(241) Et si fieret executoria, Turonenses XVIII^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(157)*.

^a *Layoutendnote*

(242) Licentia testandi, Turonenses X^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(181)*.

^a VL 3984 am linken Rand Nota, si prelato, et de specificata summa

(243) Licentia simplex fundandi capellam in ecclesia vel extra, Turonenses XII.

(244) Et idem, si datur licentia eam transferendi, Turonenses XII.

(245) Licentia fundandi ecclesiam, monasterium vel hospitale aut capellaniam cum cimiterio et aliis officinis, Turonenses XL^a.

^a VL 3984 am linken Rand Nimis est pro hospitale

(246) Et si fiat littera super hiis cum magna et insolita narratione, Turonenses XLII.

(247) Licentia abbatis, quod possit permutare certos redditus cum rege¹, que est XVI li-
nearum vel circa, Turonenses XXIII.

(248) Licentia ducendi unam navem ad partes ultramarinas², Turonenses C^a.

¹ Vgl. etwa Clément VI, *Lettres secrètes ... à la France* 3 S. 11 Nr. 4212 (1349 Juli 23); Urbain V, *Lettres communes* 6 S. 330 Nr. 20280 (1367 April 9).

² Vgl. TANGL, KO S. 351f. Nr. 170 (Clemens VI.).

^a Layoutendnote

(249) Reducta fuit ad L per dominum Urbanum papam V^a.

^a VL 3984 folgt ad

(250) Et pro galea, L.

(251) Licentia extrahendi de Turchia et ad fidelium partes portandi II^M salmatarum frumen-
ti, Turonenses CC.

(252) Licentia archiepiscopo Tarantasiensi¹ et eius suffraganis ac clero suo contribuendi in
fortaliciis reparandis et fossatis faciendis², Turonenses XL^a.

¹ Tarantaise, Rhône-Alpes, Frankreich.

² Vgl. etwa Urbain V, *Lettres communes* 3 S. 416f. Nr. 11205-11207.

^a Layoutendnote

(253) Licentia, quod clerus Delphinatus¹ et provincie Sabaudie², Folcalquerii³ et Venaisini⁴
etc. possint contribuere ad solvendum expensas gentium armorum deputandorum ad
obviandum societati malorum hominum⁵, Turonenses CXX^a.

¹ Dauphiné, Frankreich.

² Pays de Savoie/Savoyen, Frankreich.

³ Forcalquier, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

⁴ Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

⁵ Urbain V, *Lettres communes* 3 S. 416f. Nr. 11205-11207 (1363 November 30).

^a Layoutendnote

(254) Licentia, quod prelati et clerici unius civitatis contribuant in talliis iuxta facultates
suas, Turonenses XX.

(255) Licentia portandi arma, Turonenses X.

De facultatibus

(256) Facultas de una vel pluribus personis ponendis in ecclesiis sive monasteriis regularibus, si pro una persona scribatur, ‹Turonenses› XIII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(172).

^a Layoutendnote

(257) Et si pro duabus, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(173).

^a Layoutendnote

(258) Et si pro pluribus, deinceps pro qualibet persona addantur Turonenses II^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(174).

^a Layoutendnote

(259) Facultas ponendi in pluribus ecclesiis singulas personas in singulis ad nominationem regis, principis vel alterius, pro prima persona, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(175).

^a Layoutendnote

(260) Pro secunda addantur Turonenses II^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(176).

^a Layoutendnote

(261) Et deinceps pro singulis aliorum tantundem addantur.

(262) Et sic secundum maius et minus huiusmodi littere taxabuntur^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(177).

^a Layoutendnote

(263) Et idem etiam servetur in mandato.

(264) Et quod idem fiat, si mandatur vel detur facultas de pluribus beneficiis conferendis uni vel pluribus personis, ita quod pro quolibet beneficio addantur Turonenses II.

(265) Si vero sine expressione numeri mandetur provideri vel detur facultas providendi in una provincia vel in una diocesi aut in uno regno, si poterit numerus sciri^a, serventur taxationes predicte.

^a sciri VL 3984 fieri

(266) Si vero numerus non poterit sciri dicte diocesi, Turonenses XXX.

(267) De provincia, Turonenses L.

(268) Et de regno et non ultra, Turonenses C.

(269) Facultas per alium visitandi et recipiendi procuraciones in pecunia numerata¹, gratiosa, Turonenses XIII^{a2}.

¹ Vgl. TANGl, KO S. 340f. Nr. 152.

² = Johannes XXII. Nr. 52(182).

^a Layoutendnote

(270) Executoria, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(183).

^a Layoutendnote

(271) Pro archiepiscopo vero, gratiosa, Turonenses XX^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(184).

^a Layoutendnote

(272) Et executoria, Turonenses XXII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(185).

^a Layoutendnote

De conservatoriis

(273) Conservatoria „Frequentes¹“ pro una persona vel collegio, Turonenses XXXVI^{a2}.

¹ Vgl. TANGl, KO S. 324-327 Nr. 130.

² = Johannes XXII. Nr. 52(196).

^a Layoutendnote

(274) Et si pro pluribus, pro qualibet persona addantur Turonenses II^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(197).

^a VL 3984 am linken Rand Solebatur dari ad triennium

(275) Pro episcopo et diocesi sua, Turonenses XL^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(198).

^a Layoutendnote

(276) Pro archiepiscopo et provincia sua, Turonenses L^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(199).

^a Layoutendnote

(277) Conservatoria in forma concilii Viennensis¹, Turonenses XXX^{a2}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 321-324 Nr. 129.

² = Johannes XXII. Nr. 52(200).

^a Layoutendnote

(278) Conservatoria „Ad hoc nos deus¹“ vel „Militanti ecclesie²“, si fuerit perpetua, Turonenses L^{a3}.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 324 Nr. 129.

² Vgl. TANGL, KO S. 321-324 Nr. 129.

³ = Johannes XXII. Nr. 52(201).

^a Layoutendnote

(279) Et si conservatoria fuerit pro toto ordine et omnibus membris eius, Turonenses C^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(202).

^a Layoutendnote

(280) „Ad reprimendas“, in qua mandatur, quod contra impediens iurisdictionem ecclesiasticam procedatur¹, Turonenses LX^a.

¹ = BL 2825, fol. 87r-89r: Innocentius VI., Littera an episcopis Petragoricen., Sarlaten. et Condonen. Ad reprimendas insolentias, Avinione (1354 Juni 2): Processus contra offensores, captores etc. clericorum et aliarum personarum ecclesiasticarum.

^a *Layoutendnote*

De unionibus

(281) De unione ecclesiarum facta monasterio, Turonenses XX^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(203)*.

^a *Layoutendnote*

(282) Et si fiat executoria, Turonenses XXII^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(204)*.

^a *Layoutendnote*

De exemptionibus

(283) Exemptio beneficii, quod non possit impetrari, que est XV linearum vel circa, Turonenses XX.

(284) Exemptio a iurisdictione quacumque preterquam ordinarii et est XVI linearum vel circa, Turonenses XVI.

(285) Exemptio monasterii a iurisdictione diocesani et subicitur immediate Romane ecclesie et est X linearum vel circa, Turonenses XXIII.

(286) Exemptio alicuius ab oneribus realibus et personalibus, ***.

(287) Exemptio a solutione census, ***.

(288) Exemptio monasterii, prioratum et membrorum, Turonenses III^C.

(289) Exemptio monasterii sancti Saturnini Tolosanensis¹, et quod abbas possit uti mitra, Turonenses C^a.

¹ *Abtei Saint-Sernin in Toulouse, Midi-Pyrénées, Frankreich.*

^a *Layoutendnote*

(290) Exemptio cuiusdam hospitii quasi dirupti a librata quondam domini Petragoricensis¹ et a quacumque alia „Ad futuram rei memoriam²“, Turonenses XX^a.

¹ *Elias Talayrandus aus dem Haus der Grafen von Périgueux, seit 1331 Kardinal, † 1364 Januar 17, EUBEL, Hierarchia 1 S. 16 Nr. 27.*

² *Urbain V, Lettres communes 3 S. 321f. Nr. 10718 (1364 Januar 22).*

^a *Layoutendnote*

(291) Exemptio cuiusdam Florentini a processibus, penis et sententiis factis et latis contra Florentinos¹, Turonenses XXX^a.

¹ Vgl. dazu Grégoire XI, *Lettres secrètes ... à la France* 3 S. 32 Nr. 3929 (1376 März 31).

^a Layoutendnote

(292) Et si pro duobus, Turonenses XL.

De remissionibus

(293) Remissio sola fructuum indebite perceptorum ex aliquo beneficio, que est XIII li-
nearum, Turonenses XVI.

(294) Remissio alicuius debiti, (...).

(295) Remissio bonorum cuiusdam episcopi mortui captorum per Cameram, Turonenses XVI.

(296) Remissio census debiti per reginam pro uno anno¹, Turonenses XX^a.

¹ Urbain V, *Lettres communes* 6 S. 206f. Nr. 19827 (1367 Juli 15).

^a VL 3984 am linken Rand Parva est

De dispensationibus

(297) Dispensatur super defectu natalium, videlicet <quod> de presbitero geniti ad ordines et beneficia valeant promoveri, simpliciter, Turonenses XII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(178).

^a Layoutendnote

(298) Et si committatur, Turonenses XII.

(299) Et si pro pluribus personis fiat commissio, addantur pro qualibet persona Turonenses II.

(300) Dispensatio, quod patiens defectum natalium possit obtinere canonicatum et prebendam in ecclesia cathedrali, Turonenses XVIII.

(301) Dispensatio super matrimonio ignoranter contracto vel contrahendo in gradu prohibito, Turonenses XII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(186).

^a Layoutendnote

(302) Et si fuerint^a excommunicati ratione matrimonii iam contracti et absolvantur seu committatur eorum absolutio, ‹addantur› Turonenses VIII^{b1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(187)*.

^a fuerint VL 3984 fiunt

^b *Layoutendnote*

(303) Dispensatio super matrimonio contracto scienter, Turonenses XX^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(188)*.

^a *Layoutendnote*

(304) Dispensatio patientis defectu natalium in terris ecclesie, quod possit ad successiones et honores assumi, Turonenses XX^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(210)*.

^a *Layoutendnote*

(305) Dispensatio super irregularitate, quod quis possit ad ordines promoveri vel in susceptis ordinibus ministrare aut super utroque, Turonenses XVI.

(306) Et si addatur, quod possit beneficia obtinere vel retinere, Turonenses XX.

(307) Dispensatur cum aliquo pro simplici absolute ab excommunicatione simplici cum narratione facti, pro una persona, sive absolvatur hic sive committatur extra, Turonenses XVI.

(308) Et si sint absolutio, habilitatio et dispensatio simul in eadem littera, pro una persona, Turonenses XX.

(309) Et si in precedentibus duabus formis multiplicatur numerus usque ad XL vel infra, pro qualibet persona augeatur taxatio de Turonensibus II.

(310) Si vero numerus personarum excedat XL, Turonenses solvantur tantum et non ultra.

(311) Dispensatur super defectu etatis, quod possit obtinere beneficium curatum, si sibi canonicè conferatur, Turonenses XII^a.

^a VL 3984 am linken Rand Nota de quot annis, quia plus in minori etate

(312) *Dispensatio super defectu natalium, in qua narrantur alie dispensationes, si dispensetur, quod possit eligi in episcopum, Turonenses XXX^{a1}.*

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(209)*

^a *Layoutendnote*

(313) *Si vero pro abbate vel abbatissa, Turonenses XXIII^{a1}.*

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(209)*

^a *Layoutendnote*

(314) *Super alio beneficio vel dignitate, Turonenses XVIII.*

(315) *Et si dispensetur super beneficiis se non compatentibus, Turonenses XXIII^a.*

^a *VL 3984 am linken Rand Nota de tempore*

(316) *Dispensatio, quod quis possit tenere dignitates vel <alia> beneficia se non compatentia, etiamsi per electionem, Turonenses XX.*

(317) *Et si addatur, quod possit permutare et resignare, Turonenses XXX.*

(318) *Dispensatio cum quadam abbatissa, que patiendo defectum etatis fuit electa et confirmata et tenuit abbatiam ministrando, ut remaneat et valeat ministrare et remittuntur sibi fructus, <Turonenses> XXX.*

(319) *Dispensatio, quod quis, qui interfuit homicidio, possit obtinere beneficia etiam curata, si sibi canonicè conferantur, recipere et licite retinere, et est X linearum, Turonenses XX.*

(320) *Dispensatio ante promotionem cum aliquo, <quod> non obstante etatis defectu, quem patitur, possit ad certam ecclesiam promoveri, Turonenses <XXX>.*

(321) *Dispensatio facta cum monacho tenente officium in monasterio, ut una cum ipso officio possit prioratum dicti monasterii simul retinere nec non cum aliis beneficiis et prioratibus permutare, Turonenses XX.*

(322) *Dispensatio, quod possit ad plebanatum assumi et quod possit permutare beneficium <et> resignare, Turonenses XXX.*

De abolitionibus et habilitationibus

(323) De habilitationibus illius, qui unam vel plures ecclesias vel dignitates iniuste tenuit, etiam cum remissione fructuum, Turonenses XX^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(211).

^a VL 3984 am linken Rand Nota

(324) De habilitatione illorum, qui de ordine mendicantium transeunt ad ordinem non mendicantium, cum dispensatione, quod vocem et locum in capitulo et curam animarum gerere et ad omnes ordines assumi possint, Turonenses XX^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(212).

^a VL 3984 am linken Rand Nota

(325) Aboletur infamia alicuius infamati per aliquos et ipsum restituit fame sue bone pristinae, 'gratiosa', Turonenses XII.

(326) Executoria, Turonenses XIII.

(327) Aboletur infamia, quia beneficium indebite tenuit et quod teneatur ipsum dimittere, Turonenses XIII.

(328) Et si in eadem littera fit remissio fructuum et quod idem beneficium possit eidem conferri, Turonenses XXII.

(329) Habilitatur et restituitur per dominum Gregorium¹ quidam, qui per dominum Urbanum² fuit privatus beneficiis suis et inhabilitatus ad habenda, quia non obediunt processus et sententiis domini pape, Turonenses XXX^a.

¹ Gregor XI.

² Urban V.

^a Layoutendnote

De absolutionibus et suspensionibus

(330) Absolutio, quod prelati a iuramento prestito de liminibus visitandis etc., Turonenses X^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(155).

^a VL 3984 am linken Rand Nullus venit, superflua est, al(ias) Camera recipit

(331) Absolutio ab excommunicatione tantum propter rebellionem per processus speciales lata in gravibus factis pro una persona tantum, Turonenses XX.

- (332) Et si fit absolutio, habitatio et dispensatio simul in eadem littera et pro una persona, Turonenses XXIII.
- (333) Et si in istis duabus precedentibus formis multiplicetur numerus usque ad XL vel infra, taxatio augeatur pro qualibet persona de II Turonensibus, sive sit habitatio sive sit commissio.
- (334) Si vero absolutio certa vel comprehendens universitatem ville vel castri aut civitatem vel aliquam aliam universitatem, si sit locus insignis vel multum populosus, taxatur tantum ‹ad› Turonenses CC.
- (335) In aliis vero non sic famosus, Turonenses CL.
- (336) Idem servetur de interdicto in casibus supradictis, si in totum elevetur aut tollatur.
- (337) Si vero ad tempus fieret suspensio interdicti, sive sit locus insignis sive alius, Turonenses L.
- (338) Et si interdictum comprehenderet universitates vel regna^a vel plures civitates aut communitates insignes, taxatio non excedat, sive ad totum sive ad tempus interdictum tollatur ex illis, Turonenses CCC.

^a universitates - regna VL 3984 communitatum vel legitimum

- (339) Absolutio illius, qui tenuit beneficium ut laicus et ei fructus remittuntur, et est littera XX linearum vel circa, Turonenses XVI.
- (340) Absolutio cuiusdam iuramenti, quod est constitutum, pro episcopo, ‹Turonenses› X.
- (341) Et sic pro aliis litteris similibus, Turonenses X.
- (342) Absolutio et mutatio voti, ut quis mittat apud Sanctum Iacobum¹, quantum eundo illuc ac morando et redeundo expensurus erat, pro fundatione capellaniarum ad honorem eiusdem sancti, Turonenses XL^a.

¹ *Santiago de Compostela, Galizien, Spanien.*

^a VL 3984 am linken Rand Penitentiaria facit

De amotionibus

- (343) Littera amotionis interdicti in totum a monasterio et quibusdam ecclesiis sibi subiectis cum absolute abbatis et quorundam monachorum, ‹est› XII linearum vel circa, de ordinatione domini vicecancellarii, Turonenses CL.

(344) Et voluit et mandavit, quod similes littere et alie, de quibus taxandis alias supra ‹non› ordinavit, simili modo iuxta ordinationes per eum factas, cum occurrerit, taxentur^a, prout casus seu negotium erit simile.

^a cum - taxentur VL 3984 non occurrerunt taxantur

De prorogationibus

(345) De prorogatione consecrationis seu ordinum cum retentione beneficiorum usque ad certum tempus, Turonenses XVI^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(168).

^a Layoutendnote

(346) De prorogatione solutionis census, Turonenses ‹...›.

De revocationibus

(347) Littera revocationis omnium expectationum¹, si requiratur mandatum, fuit taxata^a ‹ad› Turonenses XX.

¹ Vgl. etwa Benedikt XII. Nr. 33B, Clemens VI. \$\$\$, Innozenz VI. Nr. \$\$\$, Urban V. Nr. 13B.

^a taxata VL 3984 taxari

(348) Littera revocationis bonorum cuiusdem monasterii alienatorum per abbatem, Turonenses XX.

De ordinationibus, declarationibus et statutis

(349) Littera ordinationis et voluntatis domini pape, quod presbiteri et alii clerici unius civitatis et ecclesie ac diocesis non teneantur ad certas servitutes, ‹est› XIII linearum, Turonenses C.

(350) Declaratio iuris per dominum papam cum magna narratione XVIII linearum, Turonenses XVI.

(351) Littera declarationis et voluntatis domini pape directa nuntio, XVIII linearum, Turonenses XVI.

(352) Littera declaratoria super ordinatione canonicorum regularium, per quam quattuor provincie deputate pro una quoad capitula^a celebranda dividiuntur in duas, Turonenses XX.

^a capitula VL 3984 capella

(353) Ordinatio „Ad perpetuam rei memoriam“ facta per dominum nostrum non declarando dubium, si reservationes facte per dominum Iohannem de omnibus prelaturis in certis provinciis durabant per ipsum Iohannem obitum, quod assumpti ad prelaturam post mortem ipsius Iohannis habilitabantur, cum contra reservationem per electionem assumebantur¹, licet littera esset de curia, cum ad alicuius supplicationem fuerit sumpta de registro, Turonenses XXX^a.

¹ = *Benedikt XII. Nr. 30.*

^a *Layoutendnote*

(354) Statuitur certus numerus canonicorum, Turonenses XX.

(355) Et si committitur statuendus, Turonenses XX.

De erectionibus

(356) De erectione alicuius castri vel <ville> in civitate, Turonenses <...>.

(357) De erectione ecclesie cathedralis, Turonenses L.

(358) De collegiata vero ecclesia, Turonenses XL.

(359) De receptione loci pro mendicantibus, Turonenses XX.

De diversis

(360) De securo conductu, Turonenses X^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(194).*

^a *Layoutendnote*

(361) De dando coadiutore episcopo vel alio prelato, Turonenses XX^{a1}.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 52(206).*

^a *Layoutendnote*

(362) De subsidio moderato¹, Turonenses XVI^{a2}.

¹ Vgl. TANGEL, KO S. 338f. Nr. 150.

² = Johannes XXII. Nr. 52(218).

^a Layoutendnote

(363) Et si fiat executoria, Turonenses XVIII^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(218).

^a Layoutendnote

(364) De mutuo contrahendo¹, Turonenses XX^{a2}.

¹ Vgl. TANGEL, KO S. 349f. Nr. 168.

² = Johannes XXII. Nr. 52(219).

^a Layoutendnote

(365) Et pro executoria, Turonenses XXX^{a1}.

¹ = Johannes XXII. Nr. 52(220).

^a Layoutendnote

(366) Retractatio privilegii ecclesie collegiate super terris recipiendis, Turonenses XX.

(367) Citatio personalis ad curiam, Turonenses X.

(368) Quietatio IIII^M florenorum, Turonenses XX.

(369) Littera, in qua dantur articuli facti et suscepti^a per aliquem magistrum in theologia, quos etiam revocavit, et est magna littera sicut una executoria gratie specialis, Turonenses XX.

^a suscepti VL 3984 suscenti

(370) Littera iustitie continens querelam ad petitionem prelati contra capitulum, Turonenses XVIII.

(371) Littera super determinatione facta de visione per dominum Benedictum¹, Turonenses XXX^a.

¹ = Konstitution Benedikts XII. Benedictus Deus von 1336.

^a Layoutendnote

(372) Littera taxationis procurationum¹, Turonenses LXX^a.

¹ = *Benedikt XII. Nr. 49.*

^a *Layoutendnote*

(373) Littera executoria privilegii officialium^a domini pape, ut non possint excommunicari per ordinarios vel delegatos¹, Turonenses XII.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 78 und Clemens VI. Nr. 42.*

^a officialium VL 3984 officium

(374) Littere commendatorie taxantur sicut littere provisionum^a.

^a VL 3984 am linken Rand Nota, si fiunt plura, sicut in provionibus

(375) Littera, per quam constituitur sive ordinatur procurator alicuius generalis ordinis, Turonenses XVI.

(376) Littera apostatarum cum narratione constitutionis domini Benedicti pape XII¹, Turonenses XX^a.

¹ *Vgl. Benedikt XII. Nr. 34.*

^a *Layoutendnote*

(377) Littera parva ut indulgentia, ut monasterium tam in membris et in rebus sit in protectionem domini nostri pape et apostolorum etc., Turonenses XII.

(378) Et si pro prioratu ipsorum solum, Turonenses X.

(379) Littera reductionis decime ad medietatem illius, ad quod erat prius, in Remensi¹, Rothomagensi², Turonensi³ et Senonensi⁴ civitatibus, diocesis et provinciis, pro quibus autem ordinatum fuit, quod deinceps ‹etc.›⁵, taxatur^a ‹ad› Turonenses L^b.

¹ *Reims, Champagne, Frankreich.*

² *Rouen, Haute-Normandie, Frankreich.*

³ *Tours, Centre-Val de Loire, Frankreich.*

⁴ *Sens, Burgund, Frankreich.*

⁵ = *Urban V. Nr. 56.*

^a taxatur VL 3984 taxaretur

^b *Layoutendnote*

(380) Littera <de> limitationibus unius episcopatus cum insertione instrumentorum, Turonenses CLX.

(381) Littera de hospitalibus et xenodochiis et leprosariis iuxta constitutionem domini Urbani „Perfidorum“¹ pro ordine hospitalis, Turonenses XX^{a2}.

¹ Urbain V, *Lettres secrètes ... à la France* 1 S. 290 Nr. 1691f. (1365 April 14).

² Es folgen die unverändert aus **Nr. 52** übernommenen Teile, siehe dort.

^a *Layoutendnote*

78.

RV 89 Rubr., fol. 1r Nr. 4; **RV 89**, fol. 1v-2r; **RV 110B**, fol. 216r (Rubrik), fol. 231ra; **VL 1171**, fol. 66v; **VL 2548**, fol. 47vb; **Kraków 1288**, fol. 183r; **Druck: FRIEDBERG**, *Corpus iuris canonici 2*, Sp. 1292-1293 = *Extravag. Com. 5.3.3 (mit falschem Datum 1327)*; **Regest: Jean XXII**, *Lettres communes 4 S. 162 Nr. 16130*. Zur weiteren **Überlieferung** vgl. **BROWN**, *Extravagantes S. 387-402 Nr. 51*.

PROHIBETUR FIERI INQUISITIO HERETICE PRAVITATIS ET CUIUSLIBET ALTERIUS CRIMINIS IN FAMILIARES PAPE^a.

Iohannes episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam^b. Cum Matheus de Pontiniano ordinis predicatorum^c inquisitor heretice pravitatis in regno Sicilie auctoritate apostolica deputatus frivola occasione quesita ac nostra et apostolice sedis reverentia et honore postpositis in^d dilectum filium magistrum^e Guilielmum de Balaeto¹ archidiaconum Foroiuliensem^{f2} capellanum nostrum Campanie^g Maritimeque rectorem excommunicationis sententiam inconsultis motibus^h non sine multaⁱ temeritate duxerit^j proferendam^k, nos volentes de cetero talium presumptoribus^l obviare universis et singulis tam ordinariis quam delegatis iudicibus et inquisitoribus pravitatis eiusdem et aliis universis^m et singulis, quacumque auctoritateⁿ fungantur, auctoritate apostolica districtius^o inhibemus et mandamus expresse, ne^p contra nostros et apostolice sedis officiales vel nuntios aut^q ipsorum aliquem quavis occasione vel causa absque nostra et dicte^r sedis licentia speciali eis^s per sedis ipsius litteras concedenda plenam facientes de tenore presentium mentionem procedere quoquo modo presumant aut^t in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis seu quasvis alias sententias promulgare. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, quidquid contra inhibitionem^u et mandatum nostrum huiusmodi contigerit attemptari. Volumus tamen, quod diocesani^v et inquisitores predicti super hiis, que negotium tangunt fidei, alii vero super hiis, que^w rem tangunt alias^x publicam vel privatam, sive ordinarii sive delegati^y quacumque auctoritate fuerint communiti^z, prout posset alias ad eorum officium pertinere, si quid^{aa} per officiales et nuntios ipsos indebite forsan attemptatum extiterit, se plenius informare^{bb} idque nobis^{cc} significare studeant, ut^{dd} providere^{ee} super hoc de opportuno remedio^{ff} valeamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis, mandati, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Avinione, XII kalendas ianuarii^{gg} pontificatus nostri^{hh} anno sextoⁱⁱ³.

¹ *Guilielmus de Balaeto*.

² *Fréjus, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

³ *1321 Dezember 21*.

- ^a Prohibetur - pape VL 1171; RV 89 Rubr Ad perpetuam rei memoriam. Mandatur ordinariis, delegatis, iudicibus et inquisitoribus heretice pravitatis et aliis vicariis et singulis, quacumque auctoritate fungantur, ne contra officiales vel nuntios ecclesie Romane procedant absque sedis apostolice licentia speciali; RV 110B Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio ne aliquis presumat procedere nec sententias aliquas promulgare contra officiales aut nuntios apostolice sedis; VL 2548 Prohibetur fieri inquisitio heretice pravitatis et alicuius alterius criminis contra familiam domini pape; Kraków 1288 Prohibetur, ne inquisitores contra officiales pape procedant (!) etc.
- ^b Iohannes - memoriam fehlt RV 89, VL 1171, Kraków 1288, FRIEDBERG; Ad - memoriam fehlt RV 110B
- ^c ordinis predicatorum fehlt RV 89
- ^d postpositis in VL 1171 postpositionis ad
- ^e magistrum fehlt RV 89, VL 1171, FRIEDBERG
- ^f Foroiuliensem Kraków 1288, FRIEDBERG Foroliviensem (= Forli)
- ^g Campanie Kraków 1288 Capue
- ^h motibus VL 1171 moribus
- ⁱ multa fehlt Kraków 1288
- ^j duxerit fehlt VL 2548
- ^k proferendam Kraków 1288 prefigendam
- ^l presumptoribus VL 1171, VL 2548, Kraków 1288 presumptionibus
- ^m iudicibus - universis fehlt VL 2548
- ⁿ et singulis - auctoritate VL 1171 quocumque; auctoritate fehlt VL 2548, Kraków 1288
- ^o districtius VL 2548 strictius
- ^p ne VL 1171, VL 2548 ut
- ^q aut Kraków 1288 auctoritate
- ^r dicte VL 2548, FRIEDBERG apostolice
- ^s eis Kraków 1288 eius
- ^t aut RV 89 ac
- ^u inhibitionem RV 89 reservationem
- ^v diocesani VL 2548, Kraków 1288 ordinarii
- ^w tangunt - que fehlt VL 2548
- ^x tangunt fidei - alias VL 1171 non tangunt; Kraków 1288 tangit ad
- ^y sive delegati Kraków 1288 fuit
- ^z communiti fehlt RV 110B, VL 1171, VL 2548, Kraków 1288, FRIEDBERG
- ^{aa} quid Kraków 1288 quidem
- ^{bb} informare VL 1171 informatis
- ^{cc} nobis VL 1171 vobis
- ^{dd} ut fehlt VL 2548
- ^{ee} ut providere fehlt Kraków 1288
- ^{ff} Kraków 1288 folgt cogitare
- ^{gg} FRIEDBERG folgt pontificatus nostri
- ^{hh} pontificatus nostri fehlt RV 89, RV 110B, Kraków 1288, FRIEDBERG
- ⁱⁱ sexto VL 1171, Kraków 1288, FRIEDBERG XI

79.

RV 76 Rubr., fol. 1r Nr. 23; **RV 76**, fol. 10v-11v (an weitere Adressaten fol. 11v-12v); **RV 112**, fol. 5ra Nr. 90 (Rubrik), fol. 94va-96ra (an weitere Adressaten fol. 96ra-96rb); **Druck:** Jean XXII, *Lettres secrètes ... à la France* Bd. 2 Sp. 565-573 Nr. 2171-2176. **Wegen der Länge der littera habe ich die einzelnen Sätze nummeriert.**

VENERABILIBUS FRATRIBUS .. ARCHIEPISCOPO EBREDUNENSI EIUSQUE SUFFRAGANEIS
RESERVANTUR FRUCTUS BENEFICIORUM VACANTIUM PRO CAMERA COLLIGENDORUM USQUE <AD>
ANNUM^a.

RV 76.

RV 112.

(1) Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo

Ebredunensi ¹	Aquensi ²
--------------------------	----------------------

eiusque suffraganeis ac dilectis filiis .. electis^b, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelati et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusienensis, Camaldulensis, Vallisumbrose, sanctorum Benedicti et Augustini ac aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus exemptis et non exemptis nec non sancti Iohannis Hierosolimitani, beate Marie Theotonicorum, Calatraventium ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus^c eorumque loca tenentibus per civitatem et diocesim ac provinciam

Ebredunensem	Aquensem
--------------	----------

constitutis, salutem^d. **Dum necessitates innumeras** ac gravia et importabilia expensarum onera, quibus ecclesia Romana suorum rebellium et hostium variis oppressa persecutionibus et iniuriis contumeliis plurimum lacescita incessanter opprimitur eiusdemque ecclesie reddituum et proventuum ad predicta necessitates et onera nequaquam sufficientium raritatem intenta meditatione pensamus non absque multis anxietatibus et curis sollicitis exquirere vias et modos cogimur, per quos eidem ecclesie tot et tantis exposite fluctuationibus tempestatum opportune subventionis auxilia, super quibus vos ex pure devotionis et compassionis affectu promptos invenire confidimus, procuremus. **(2)** Hinc est, quod nos super predictis deliberatione prehabita diligenti fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium exemptorum et non exemptorum, que in civitate ac diocesi et provincia

Ebredunensi	Aquensi
-------------	---------

nunc vacant et a data presentium usque ad unum annum continue computandum qualitercumque, etiamsi apud sedem apostolicam ea vacare contigerit - ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis -, exigendos, levandos et percipiendos in modum infrascriptum et in ecclesie memorate necessitatibus convertendos auctoritate apostolica reservamus ac etiam deputamus ipsosque per collectores, quos ad hoc per alias nostras certi tenoris litteras deputamus, aut subcollectores, qui ad huiusmodi collectionis ministerium per eos in singulis vestris civitatibus et diocesibus,

¹ Embrun, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

frater	fratres
--------	---------

archiepiscopo et suffraganei, constituti fuerint, colligi volumus ac per eosdem collectores nostre Camere integraliter assignari, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roboratis aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex predicte sedis privilegio vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur sive ad fabricam quorumcumque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum per quoscumque concessi fuerint vel etiam deputati aut si sint in usus alios convertendi. (3) Et ut super collectione ac perceptione fructuum, reddituum et proventuum predictorum cuiusvis dubitationis tollatur materia et fraudibus obvietur, declarationes seu moderationes subiungimus infrascriptas, videlicet quod, si idem beneficium bis vel pluries in anno vacare contingat, volumus, quod non nisi semel fructus, redditus et proventus ipsius iuxta taxationem decime persolvantur et a collectoribus recipiantur eisdem, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, dicti collectores exigant et percipiant, totali residuo obtinentibus huiusmodi beneficia remansuro, nisi forte dicti collectores residuum huiusmodi percipere et habere maluerint et obtinentibus beneficia supradicta ad supportandum eorum onera ad sustentationem habendam^e summam, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanere. (4) Nos enim dictos collectores recipiendi utrumlibet predictorum scilicet taxationem ipsam vel residuum antedictum habere volumus optionem, ita tamen quod, quidquid ipsi collectores elegerint, beneficiorum ipsorum onera debeant obtinentes eadem de parte, quam dicti collectores sibi dimiserint, totaliter supportare, nisi forsitan obtinentes beneficia huiusmodi vellent omnes fructus, redditus et proventus dimittere collectoribus antedictis; quo casu collectores ipsi habebunt huiusmodi beneficiis quoad curam animarum, si eis immineat, nec non et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri ac cetera eis incumbentia onera supportari. (5) De illis autem beneficiis, que taxata non existunt ad decimam, ut sequitur, ordinamus, videlicet quod ipsorum reddituum, fructuum et proventuum medietas ad nos et ad nostram Cameram pro dictis necessitatibus, alia vero ad obtinentes eadem beneficia debeat pertinere, modis et formis ac conditionibus, quibus de aliis beneficiis superius est expressum. (6) Ceterum volumus et auctoritate presentium declaramus, ut deputatio nostra huiusmodi nullatenus extendatur ad ar-

² *Aix-en-Provence, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

chiepiscopales et episcopales ecclesias vel abbatias regulares, que tamen conventuales existunt, nec ad beneficia illa, quorum redditus et proventus annui valorem sex librarum parvorum Turonensium non excedunt et que ex permutationis causa vacare continget, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus^f secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbitero inibi^g celebranti seu alias^h, ut diurnis et nocturnis horis intersint, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excedant, aliasⁱ sub deputatione huiusmodi includantur, nec etiam ad cotidianas distributiones quarumcumque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputata noscuntur, nisi ad illas, que consueverunt eis, qui sunt in civitate vel loco presentes, quamvis horis non intersint canonicis, elargiri. **(7)** Volumus etiam, quod redditus^j et proventus prebendarum illorum, qui solvere taxationem decime recusantes se velle simularent abesse, ut prebende, quas non recipiunt, nisi sint in civitate vel loco presentes, adeo diminuantur, quod parum^k aut nihil debeat percipi iuxta taxationem predictam, sub deputatione includantur huiusmodi, ut fraus non patrocinetur eisdem. **(8)** De prebendis vero, que ad tantam summam taxate sunt in decima, quod parum superest in valore, dimittatur pro servitio portio congrua, residuo penes eandem Cameram remansuro, et idem etiam de aliis beneficiis ecclesiasticis sic taxatis ad decimam, quod parum aut nihil superest ultra taxationem eandem, diocesanorum per collectores adhibito consilio, quorum super hoc oneramus conscientias, quod utilius fieri poterit, ordinetur. **(9)** Et insuper intelleximus sub hac deputatione includi fructus, redditus et proventus beneficiorum patrimonialium ac prebendarum seu beneficiorum, in quibus beneficiorum non est certus numerus, ac prebendarum canonicorum absentium, cum decedunt, nec non prioratus conventuales, quorum prelati et conventus bona in communi habere noscuntur, ita tamen quod inde prioribus et conventibus ac aliis^l similia beneficia obtinentibus provideatur decenter. **(10)** Nostre etiam intentionis existit, quod licet archiepiscopales et episcopales ecclesie ac abbatie regulares a prestatione dictorum fructuum, sicut continetur superius, eximantur, non tamen propter hoc dignitates et alia beneficia ecclesiarum et abbatiarum predictarum, quecumque sint intra vel extra, quomodolibet intelligantur exempta. **(11)** Item, quod terre ac proventus et bona, que decedens^m recipiebat distincte canonicus pro prebenda, et beneficia, que detinentur per quoscumque etiam sacrosancte Romane ecclesie cardinales, ad mensas prelatorum pertinentes et etiam decime, quamvis nullum herens beneficium habeant, sub deputatione includantur predicta quodque illi, quibus ex privilegio, consuetudine vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni debentur, illos anno sequenti percipere

valeant, sicut primo anno, si non restaretⁿ nostra reservatio huiusmodi, fuerant percepturi. (12) Ut autem circa solutionem dictorum fructuum ac reddituum et proventuum evitentur scandala et solventes a gravaminibus releventur, volumus, quod duobus terminis congruis solutio fiat^o huiusmodi dictorum collectorum arbitrio statuendis, sic equidem quod, ubi collectores prefati taxationem decimalem fructuum, reddituum et proventuum predictorum habere pro Camera predicta maluerint, obtinentes ipsa beneficia vel illi, quibus^p collectores aut subcollectores beneficiorum ipsorum fructus, redditus et proventus sub firma seu arrendatione, sicut viderint expedire, dimittant eandem taxationem, solvant ipsis collectoribus in eisdem duobus terminis, ut premittitur, statuendis sufficienti tamen per obtinentes vel arrendantes eosdem, prestita collectoribus ipsis super prestanda solutione huiusmodi cautione. (13) Ubi vero collectores prefati taxationem predictam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et habere residuum fructuum eorundem elegerint, tunc dicti collectores de illis, quos in totum colligent, eo casu solvent obtinentibus predicta beneficia taxationem eandem in duobus terminis similiter statuendis, sed, ne^q pretextu defectus solutionum huiusmodi, volumus, quod ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona alia mobilia divino cultui dedicata manus aliquatenus extendantur. (14) Ceterum volumus, quod fructus, redditus et proventus beneficiorum huiusmodi, que infra dictum annum vacare contigerit, eo elapso colligi per collectores et subcollectores predictos valeant, si collecti non fuerint infra illum. (15) Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius per apostolica scripta vobis districtius iniungentes, quatinus eidem ecclesie ac oneribus et necessitatibus huiusmodi pio et prompto compatientes affectu collectores predictos et subcollectores deputandos ab eis huiusmodi fructus, redditus et proventus in forma predicta per dictum annum petere, colligere, exigere ac recipere, nostro et eiusdem ecclesie Romane nomine libere permittatis et illos eis, prout melius in vobis fuerit, integraliter assignetis ac alias in premissis et ea tangentibus taliter assistatis eisdem auxiliis, consiliis et favoribus opportunis, quod de prompta valeatis obedientia merito commendari. Datum Avinione, IIII idus augusti anno octavo³.

³ 1324 August 10.

^a Venerabilibus - annum RV 76; RV 112 Prelatis per Aquensem provinciam constitutis reservantur fructus unius anni omnium beneficiorum dicte provincie. Et similiter in Arelatensi et Ebreduensi provinciis

^b electis *fehlt* RV 112

^c preceptoribus RV 112 predicatoribus

^d salutem *fehlt* RV 112

^e habendam RV 112 huiusmodi

^f decedentibus RV 112 descendentibus

^g inibi RV 112 nisi

^h alias RV 112 aliis
ⁱ alias *fehlt* RV 112
^j redditus RV 112 fructus
^k parum RV 112 ipsarum
^l aliis RV 112 alia
^m decedens RV 112 descendens
ⁿ restaret RV 112 obstaret
^o fiat *fehlt* RV 76
^p RV 112 *folgt* dicti
^q ne RV 112 nec

80.

RA 55, fol. 431v-432r; **RV 113**, fol. 295vb-296ra; **Teildruck**: GÖLLER, *Einnahmen* S. 113*-114* (nach RV 113); **Regest**: -.

Ad futuram rei memoriam. Onerum necessitates multiplices, quibus ex variis emergentibus incessanter negotiis Camera nostra continue premitur, ac eiusdem Camere raritatem et tenuitatem proventuum intenta meditatione pensantes necessario cogimur aliqua sibi subventionis remedia, quibus super eisdem necessitatibus aequaliter relevari valeat, procurare, deliberatione itaque prehabita super hiis diligenti fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum nunc apud sedem apostolicam vacantium pro toto tempore vacationis ipsorum ac unius anni tam illorum quam aliorum quorumcumque, que usque ad unum annum continuum a die date presentium computandum vacare contigerit apud eam - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis illis, que ex permutationis causa vacare noscuntur seu infra dictum annum vacabunt dumtaxat exceptis -, reservamus specialiter et eidem Camere pro predictis necessitatibus utilius supportandis auctoritate presentium applicamus, decernentes irritum et inane, si secus de illis per aliquem vel aliquos ordinatum extiterit hactenus vel contigerit in posterum ordinari. Nostre tamen intentionis et voluntatis existit, quod dicta Camera vel illi, qui ad collectionem dictorum fructuum deputabuntur per ipsam, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum taxatur ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere vel deputandis ab ipsa relinquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii cuiuslibet, quod non esset taxatum forsitan ad decimam, exigant tantum et percipiant, alia parte seu residuo fructuum predictorum obtinentibus beneficii pro servitio et oneribus supportandis dimisso. Ut autem fructus, redditus et proventus huiusmodi ad utilitatem eiusdem Camere melius et utilius exigantur, volumus, quod venerabilis frater Gasbertus¹ archiepis-

¹ *Gasbertus de Valle*.

copus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesis beneficiis predicta fuerint, vel eorum officiales seu alios, de quibus ipse viderit expedire, mandet et faciat dicte Camere nomine illos exigere et levare, non obstante, si personis huiusmodi beneficiis obtinentibus vel aliquibus earum seu quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sede indultum, quod interdici, suspendi etc. usque mentionem „Contradictores“ etc. Nulli ergo etc. Datum Avinione, X kalendas martii anno decimo^{a2}.

² 1326 Februar 20; vgl. dazu auch Benedikt XII. Nr. 58.

^a Layoutendnote

81.

RV 114, fol. 177vb-178rb (= a), fol. 178vb-179ra (= b), fol. 186va (Rubrik); **Regest**: -.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. EXTENDITUR RESERVATIO FRUCTUUM BENEFICIORUM VACANTIUM IN CURIA AD ALIUM ANNUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Dudum multiplicibus onerum necessitatibus, quibus ex variis incessanter emergentibus negotiis nostra Camera continue gravabatur eiusdemque Camere raritate proventuum ad hoc nequaquam sufficientium inter cetera^b meditatione pensatis pro aliqua relevatione onerum et necessitatum huiusmodi fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium pro toto tempore vacationis ipsorum et nihilominus unius anni tam illorum quam aliorum quorumcumque, que usque ad unum annum a data litterarum nostrarum super hoc confectarum, que fuit X kalendas martii pontificatus nostri anno decimo¹, computandum vacare contingeret apud eam - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis illis, que ex permutationis causa vacabant tunc seu infra dictum annum vacarent, dumtaxat exceptis - reservavimus specialiter et eidem Camere duxerimus pro predictis necessitatibus supportandis utilius applicandos, decernentes irritum et inane, si secus de illis per aliquem vel aliquos existeret ordinatum vel in posterum contingeret ordinari. Porro nostre intentionis et voluntatis existat, quod dicta Camera vel illi, qui ad collectionem dictorum fructuum deputarentur per eam, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum taxatur ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere vel deputandis ab ea relinquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii

¹ 1326 Februar 20.

cuiuslibet, quod non esset forsitan taxatum ad decimam, exigent tantum et perciperent, alia parte seu residuo fructuum predictorum obtinentibus beneficia ipsa pro servitio et oneribus eorum supportandis dimisso. Et ut fructus, redditus et proventus huiusmodi exigentur melius et utilius ad commodum Camere supradicte, volumus, quod venerabilis frater noster Gasbertus² archiepiscopus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesis essent predicta beneficia^c, vel officiales eorum seu alios, de quibus sibi expediens videretur, dictos fructus, redditus et proventus predictae Camere nomine exigere faceret et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si personis beneficia huiusmodi obtinentibus vel aliquibus eorum seu quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem esset sede indultum, quod^d excommunicari non possent per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Sane quia crescente dierum malitia huiusmodi necessitates non sunt postmodum diminute, sed aucte, nos eidem Camere variis et importabilibus oneribus pregravate provideri de alicuius subventionis remedio super hiis cupientes reservationem, applicationem, decretum, voluntatem et omnia supradicta modis et formis superius expressatis usque ad unum annum a X kalendas martii proximo futuri³ continuum auctoritate apostolica presentium duximus extendenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis infringere vel ei ausu temerario etc. Datum Avinione, XIII kalendas martii anno undecimo⁴.

² Gasbertus de Valle.

³ 1327 Februar 20.

⁴ 1327 Februar 17.

^a Ad - annum RV 114(b); RV 114(a) Ad futuram rei memoriam. Reservatio fructuum beneficiorum vacantium extenditur ad unum alium annum

^b sufficientium - cetera RV 114(a) provenientium intenta

^c in quorum - beneficia *fehlt* RV 114(a)

^d RV 114(a) *folgt* interdici, suspendi vel

82.

IM 1008; *(nicht in RA 26 und 27, also keine RA-Überlieferung); RV 114, fol. 178v, fol. 186v (Rubrik); Druck: RIEZLER, Vatikanische Akten S. 340 Nr. 897; Regest: Jean XXII, Lettres communes 6 S. 631 Nr. 29711 (nach IM 1008).*

AD FUTURAM REI MEMORIAM. QUEDAM DECLARATIO PRO PERCIPIENDIS FRUCTIBUS PRIMI ANNI BENEFICIORUM VACANTIAM IN CURIA^a.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Multarum necessitatum oneribus, quibus Camera nostra continue pregravari supra vires dinoscitur, dudum in

consideratione deductis nos volentes eidem de alicuius subventionis remedio, per quod super eisdem necessitatibus relevari valeret, aliquo modo providere, deliberatione prehabita super hoc diligenti, fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium pro toto tempore vacationis ipsorum ac unius anni tam illorum quam aliorum quorumcumque, que usque ad unum annum continuum a data litterarum nostrarum super hoc confectarum vacare contingeret apud eam - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis illis, que ex permutationis causa vacabunt tunc seu infra dictum annum vacarent, dumtaxat exceptis -, sub certa forma reservationis et eidem Camere pro dictis necessitatibus utilius relevandis duximus applicandos, sicut in eisdem litteris plenius continetur¹. Sane cum nonnulli revocare dicantur in dubium, an, si de consuetudine, privilegio vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis aut mortuo vel aliis certis sint usibus applicandi Camera nostra predicta illos percipere debeat premissis non obstantibus primo anno, nos dubitationem huiusmodi amputare volentes reservationem nostram predictam statuto, consuetudine ac privilegio huiusmodi aut aliis quibuscumque indulgentiis, gratiis et litteris apostolicis contrariis, quorumcumque tenorem existant, etiamsi de illis esset in nostris litteris specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio facienda, nequaquam obstantibus primo et plene suum debere sortiri effectum, ita quod illi, quibus fructus primi anni ex statuto, consuetudine vel privilegio debebantur, illos post tempus reservationis nostre predictae possint percipere, sicut primo anno fuerant, si non obstaret dicta reservatio, percepturi quodque omnia et singula beneficia ecclesiastica ubicumque vacantia, quorum ex reservatione nostra generali vel speciali aut alias ad nos immediate spectet dispositio, apud eandem sedem quoad hoc intelligantur vacare tenore presentium declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, idus augusti pontificatus nostri anno undecimo².

¹ = Johannes XXII. Nr. neu.

² 1327 August 13.

^a Ad - curia RV 114

AA 368; AA 369; *(nicht in RA 29-31, also keine RA-Überlieferung); Regest: Jean XXII, Lettres communes 7 S. 388 Nr. 42430 (nach AA).*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Pro relevandis dudum utilius multiplicium expensarum oneribus, quibus Camera nostra tunc gravabatur importabiliter, sicut adhuc gravari dinoscitur, fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum^a et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium et, que usque ad certum tempus vacare contingeret apud eam, certis ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis expressim exceptis sub certa forma reservandos duximus et eidem Camere pro utiliori supportatione onerum huiusmodi applicandos, sicut in diversis litteris nostris super hoc confectis plenius continetur. Sane quia predictis oneribus non diminutis, sed auctis terminus instare noscitur reservationis predicte, nos eidem Camere ad tot et tanta supportanda onera, quot et quanta sibi dinoscuntur incumbere continue, nequaquam propter suorum raritatem proventuum sufficienti ulterius providere volentes fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum nunc apud sedem predictam vel alibi vacantium ex generali vel speciali reservatione aut alias ad nostram dispositionem immediate spectantium pro toto tempore vacationis ipsorum nec non unius anni tam illorum quam aliorum quorumcumque, que usque ad unum annum a XIII kalendas martii proximi futuri¹ in antea computandum apud dictam sedem vel ubicumque ad nostram dispositionem, ut prefertur, immediate spectantia quoquo modo vacare contigerit - ecclesiis cathedralibus et abbatiis regularibus ac beneficiis illis, que nunc vacant seu interim ex causa permutationis vacabunt, dumtaxat exceptis -, reservamus specialiter et eidem Camere pro dictis relevandis oneribus utilius applicamus, decernentes irritum et inane, si secus de illis per aliquem vel aliquos extiterit ordinatum vel contigerit in posterum ordinari. Ceterum nostre voluntatis et intentionis existit, quod dicta Camera vel illi, qui ad dictorum collectionem fructuum, reddituum et proventuum deputabuntur per ipsam, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum taxatur ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere ac deputandis ab ea relinquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii cuiuslibet, quod taxatum non esset forsan ad decimam, tantum exigant et percipiant, alia parte fructuum predictorum seu residuo obtinentibus beneficia ipsa pro servitio et oneribus eorum supportandis dimisso,

¹ 1328 Februar 17.

quodque, si de consuetudine, privilegio seu statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis aut mortuo vel aliis certis sunt^b usibus applicandi, Camera nostra predicta illos iuxta modum expressum superius percipiat premissis non obstantibus primo anno. Illi vero, quibus fructus primi anni ex consuetudine, privilegio vel statuto debentur, illos post tempus reservationis nostre predictae possint recipere, sicut primo anno fuerant, si non obstaret dicta reservatio, percepturi. Ut autem huiusmodi fructus, redditus et proventus melius et commodius exigantur, volumus, quod venerabilis frater noster Gasbertus² archiepiscopus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesisibus consistunt seu consistent beneficia huiusmodi, seu per officiales eorum vel alios, de quibus sibi videbitur, dictos fructus, redditus et proventus exigi predictae Camere nostre nomine faciat et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis aut quibusvis aliis privilegiis, gratis seu litteris apostolicis quibuscumque personis aut locis sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus mentio facienda, seu statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum aut monasteriorum, in quibus beneficia fuerint supradicta, vel si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis constitutionis, intentionis et voluntatis^c infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, XV kalendas martii pontificatus nostri anno duodecimo³.

² Gasbertus de Valle.

³ 1328 Februar 15.

^a personatum AA 368 personatum

^b sunt AA 368 sint

^c constitutionis - voluntatis AA 368 applicationis et voluntatis et intentionis

84.

Reg. Aven. \$\$\$ (nicht in RA \$\$\$); RV 115, fol. 8ra-8rb (Rubrik), fol. 107v-108r; Regest: -. Aus Nr. 82(alt, neu 83) wörtlich übernommene Teile sind in Petit gesetzt.

RESERVANTUR GENERALITER OMNES FRUCTUS BENEFICIORUM VACANTIAM ET VACATURORUM PER UNUM ANNUM APUD SEDEM QUAM ALIBI UBICUMQUE^a.

Ad futuram rei memoriam. Gravium et importabilium expensarum oneribus, quibus Camera nostra diutius pressa supra vices extiterat, sicut tunc gravabatur et adhuc gravari continue noscitur, dudum consideranter attentis ac viis et modis utique licitis et honestis exquisitis, per quos eidem valeret Camere super tantis necessitatibus aliquo qualiter subveniri, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium et que usque ad certum tempus vacare contingeret apud eam, certis ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis expressim exceptis, sub certa forma reservandos * et eidem applicandos Camere diversis temporibus duxerimus, sicut in diversis litteris confectis super hoc plenius continetur. Cum autem terminus ultime reservationis de dictis fructibus, redditibus et proventibus per nos facte instare noscatur, nondum subductis, sed prius auctis oneribus supradictis, nos volentes eidem Camere, quantum decenter in hac parte possumus, providere, a XV kalendis martii proximo futuri¹ usque ad unum annum ex tunc continue completurum reservationem extendentes predictam fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum ecclesiasticorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum, que per totum annum predictum apud sedem apostolicam vel alibi ex generali vel speciali reservatione aut alias ad nostram dispositionem immediate spectantium vacare contigerit quoquo modo - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis illis, que dicto anno ex causa permutationis vacabunt, dumtaxat exceptis -, reservamus specialiter et eidem Camere pro dictis relevandis utilius oneribus applicamus, decernentes irritum et inane, si secus de illis per aliquem vel aliquos extiterit ordinatum vel contigerit in posterum ordinari. Ceterum nostre voluntatis et intentionis existit, quod dicta Camera vel illi, qui ad dictorum collectionem fructuum, reddituum et proventuum deputabuntur per ipsam, partem illam, per quam unumquodque beneficiorum ipsorum taxatur ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere ac deputandis ab ea relinquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii cuiuslibet, quod taxatum non esset forsan ad decimam, tantum exigant et percipiant, alia parte seu residuo fructuum predictorum obtinentibus beneficia ipsa pro servitio et oneribus eorum supportandis dimisso, quodque, si de consuetudine, privilegio seu statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis aut mortuo vel aliis certis sint usibus applicandi, Camera nostra predicta illos iuxta modum expressum superius percipiat premissis non obstantibus primo anno. Illi vero, quibus fructus primi anni ex consuetudine, privilegio seu statuto debentur, illos post tempus reservationis nostre predictae possint recipere, sicut primo anno fuerant, si non obstaret dicta reservatio, percepturi. Ut autem huiusmodi fructus, redditus et proventus melius et commodius exigantur, volumus, quod venerabilis frater * Gasbertus² archiepiscopus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesibus consistunt seu consistent beneficia huiusmodi, seu per officiales

¹ 1329 Februar 15.

² Gasbertus de Valle.

eorum vel alios, de quibus sibi videbitur, dictos fructus, redditus et proventus exigi predictae Camere nostre nomine faciat et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis aut quibusvis aliis privilegiis, gratiis seu litteris apostolicis quibuscumque personis aut locis sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus mentio facienda, seu statutis vel consuetudinibus contrariis ecclesiarum aut monasteriorum, in quibus beneficia fuerint supradicta, vel si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis, reservationis, applicationis, constitutionis, intentionis et voluntatis etc. Datum Avinione, VIII kalendas februarii anno tertio decimo³.

³ 1329 Januar 24.

^a Reservantur - ubicumque RV 115

85.

AA 370 (z. T. verblasst); **Reg. Aven. \$\$\$** (nicht in RA 35, 36); **RV 115**, fol. 17vb (Rubrik), fol. 235rb-235vb; **Regest: Jean XXII, Lettres communes** 9 S. 427 Nr. 50767^{bis}. Aus **Nr. 83** wörtlich übernommene Teile sind in *Petit* gesetzt.

EXTENDIT RESERVATIONEM OMNIUM BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM USQUE AD UNUM ANNUM^a.
 Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Volentes dudum nostre Camere variis expensarum oneribus multipliciter pregravate de aliqualis subventionis remedio viis honestis et licitis providere fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium et que usque ad certum tempus apud eam vel alibi ex generali vel speciali reservatione^b vel alias ad nostram dispositionem immediate spectantia vacare contingeret quoquomodo - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis ex causa permutationis vacantibus tunc seu infra tempus reservationis huiusmodi vacaturis dumtaxat exceptis -, reservandos diversis temporibus et eidem Camere pro dictis relevantibus utilius oneribus duximus applicandos, decernentes irritum et inane, si secus de illis per aliquem vel aliquos contingeret ordinari. Ceterum nostre voluntatis et intentionis extitit, quod dicta Camera vel illi, qui ad dictorum collectionem fructuum, reddituum et proventuum deputarentur per ipsam, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum taxatum erat ad decimas, vel residuum, super quo eidem Camere et deputandis ab ea re-

linquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii cuiuslibet, quod taxatum non esset forsitan ad decimam, exigent et perciperent, alia parte seu residuo fructuum predictorum obtinentibus beneficia ipsa pro servitio et oneribus eorum supportandis dimisso, quodque, si consuetudine, privilegio seu statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis aut mortuo vel aliis certis essent usibus applicandi, Camera nostra predicta illos iuxta modum expressum superius percipiat premissis^c non obstantibus primo anno. Illi vero, quibus fructus primi anni ex consuetudine, privilegio vel statuto deberentur, illos post tempus reservationis nostre predictae possent percipere, sicut primo anno fuerant, si non obstaret dicta reservatio, percepturi, sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Cum itaque reservatio de dictis fructibus, redditibus et proventibus ultimo per nos facta VIII kalendas februarii proxime futuri¹ secundum tenorem litterarum nostrarum inde confectarum debeat terminare, nos attendentes, quod adhuc^d diminute non sunt necessitates predictae Camere, immo potius sic adaucte, quod ampliori subsidio noscitur indigere usque ad unum annum a fine reservationis predictae ultime computandum reservationem predictam fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum eorundem nunc vacantium et que per dictum annum vacabunt apud sedem predictam vel alibi, ad nostram dispositionem, ut prefertur, pertinentes^e ecclesiis, monasteriis et beneficiis supradictis exceptis modo et forma predictis duximus tenore presentium extendendam, volentes tamen, quod illi, qui ubique ad collectionem deputabuntur fructuum predictorum de beneficiorum illorum fructibus, que forsitan de iure et non de facto asserentur vacare, nisi per^f nos vel auctoritate nostra collata fuerint ut sic vacantia vel speciale mandatum a nobis vel eadem Camera receperint, super hoc se pretextu reservationis huiusmodi nullatenus intromittant. Ut autem huiusmodi fructus, redditus et proventus melius et commodius exigantur ac etiam colligantur, volumus, quod venerabilis frater noster Gasbertus² archiepiscopus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesis consistunt seu consistent^g beneficia huiusmodi, vel per officiales eorum aut alios, de quibus sibi videbitur, dictos fructus, redditus et proventus exigi predictae Camere nostre nomine faciat et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis aut quibusvis aliis^h privilegiis, gratiis seu litteris apostolicis quibuscumque personis aut locis sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus mentio facienda, seu statutis vel consuetudinibus contrariis ecclesiarum aut

¹ 1330 Januar 24.

² Gasbertus de Valle.

monasteriorum, in quibus beneficia fuerint supradicta, vel si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Preterea volumus, quod illi, qui per eundem camerarium deputabuntur ad collectionem predictam, subcollectores suos deputare valeant eosque revocare ac alios subrogare, ubi, quando et quotiens extiterit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinioneⁱ, XIII kalendas februarii pontificatus nostri^j anno quartodecimo³.

³ 1330 Januar 19.

^a Extendit - annum RA 115

^b RV 115 folgt nostra

^c premissis RV 115 premissis

^d RV 115 folgt durante

^e pertinentes RV 115 spectantia

^f per RV 115 quod

^g seu consistent fehlt RV 115

^h aliis fehlt AA 370

ⁱ Avinione fehlt RA 115

^j pontificatus nostri fehlt RA 115

86.

RA 40, fol. 8r (Rubrik), fol. 255v; **RV 101 Rubr.**, fol. 9v Nr. 474; **RV 101**, fol. 169v Nr. 474; **RV 230 Rubr.**, fol. 17r Nr. 179; **RV 231**, fol. 222r-222v; **Druck:** TANGI, KO S. 115-117 Nr. 14 (nach RV 231); **Regest:** Jean XXII, *Lettres communes* 11 S. 77 Nr. 55648.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM. STATUITUR CERTUS NUMERUS SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM^a.

RA 40, RV 101.	RV 231.
	‹Innocentius episcopus servus servorum Dei.› Ad futuram rei memoriam. Tenorem quarundam litterarum felicitis recordationis Iohannis pape XXII predecessoris nostri in registro ipsius predecessoris repertum ad dilectorum filiorum scriptorum nostrorum et sedis apostolice supplicationis instantiam de

	registro ipso de verbo ad verbum transcribi et presentibus annotari fecimus, qui talis est: Iohannes episcopus servus servorum Dei.
--	---

Ad perpetuam rei memoriam. Decet et expedit, ut ea interdum, que quantumvis rationabiliter et honeste etiam cum digesta maturitate geruntur, statuuntur et etiam ordinantur, suadentibus, iustis et rationabilibus postmodum emergentibus seu contingentibus novis causis presidentis officio - pensata etiam varietate temporum ac attenta qualitate ipsorum contingentium - immutentur vel alias refoventur. Sane iam dudum pro parte dilectorum filiorum scriptorum litterarum apostolicarum felicis recordationis Clementi pape V predecessori nostro frequenter exposito, quod propter importunam instantiam plurimorum, quibus se dicta sedes super hoc^b exhibuerat liberalem, adeo erat eorum numerus augmentatus, quod ipsi tunc, qui centum et decem vel circiter tunc temporis existebant, secundum eorum decentiam et laudabilem antiquam Romane curie consuetudinem non poterant de officii sui obventionibus commode sustentari, nec non ex parte ipsorum ei supplicato, ut^c providere super hoc de benignitate apostolica dignaretur. Dictus predecessor tam ex hiis quam etiam aliis causis legitimis tunc expressis inductus bone memorie Arnaldo¹ tituli sancte Prisce presbitero cardinali tunc abbati monasterii Fontisfrigidi Cisterciensis ordinis Narbonensis diocesis sancte Romane ecclesie vicecancellario dedit inter alia suis litteris in mandatis, ut, si eorundem scriptorum officium consideratis circumstantiis universis, que in hoc attendende forent, reperiret taliter pregravatum, officium ipsum ad certum scriptorum numerum competentem auctoritate sua reduceret et statueret ac ordinaret auctoritate prefata, quod dictum officium ex tunc in antea existeret numero iamdicto per eum statuendo contentum nec ad illud in posterum admitteretur aliquis, donec esset ad ipsum numerum^d per eum statuendum redactum et^e aliquis deficeret de eodem, dictusque Arnoldus super predictis informatione plena recepta quamquam ipsum, qui diu^f officio Cancellarie ipsius ecclesie prefuerat, illa experientia docuisset, quia ea invenit^g ita esse, predictum officium ad nonagenarium scriptorum numerum fultus eadem auctoritate reduxit atque taxavit perpetuo duraturum, statuens et ordinans, ut ex tunc officium ipsum foret numero predicto contentum nec aliquis in antea reciperetur ad illud, quousque redactum^h esset ad dictum nonagenarium numerum et aliquis deficeret de eodem, prout in predecessoris et Arnoldi prefatorum litteris inde confectis serius continetur. Processu vero temporis, eodem predecessore sublato de medio nobisque postmodum licet immeritis ad culmen

¹ *Arnaldus Novelli.*

summi pontificii per divinam dispositionem assumptis novissime ad predictum et nonnulla alia officia Romane curie etⁱ personas ipsorum circumspectionis apostolice intuitum convertentes certa^j statuta et ordinationes edidimus suadentibus et urgentibus quibusdam rationabilibus causis rationi congruis et consonis pietati eaque hodie fecimus sollemniter publicari², per que inter alia obventiones^k, quas dicti scriptores recipiebant pro scripturis litterarum apostolicarum et recepturi forent in posterum, deliberate ac provide duximus moderandas. Verum quia, sicut nobis ex parte ipsorum scriptorum facta^l humilis^m et devota insinuatio patefecit, iidem scriptores iuxta decentiam eorum ac officii antedicti de obventionibus huiusmodi, quas secundum moderationem ipsam percipientⁿ pro scripturis eisdem, nequirent in antea sustentari decenter, nos premissis diligenter attentis volentes eisdem scriptoribus in hac parte favorabiliter providere, predictum nonagenarium numerum restringentes illum ad septuagenarium scriptorum huiusmodi numerum apostolica auctoritate reducimus et huiusmodi septuagenarium scriptorum numerum volumus ex nunc perpetuis futuris temporibus perdurare, statuentes et ordinantes auctoritate prefata, quod idem officium deinceps eodem septuagenario numero sit contentum nec ad illud quispiam quovis modo de cetero admittatur, quousque ad predictum septuagenarium numerum sit deventum et aliquis defuerit de septuagenario numero prenotato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reductionis, voluntatis, constitutionis et ordinationis infringere vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione, XVI kalendas decembris pontificatus nostri^o anno sextodecimo³.

	Ceterum, ut earundem litterarum tenor predictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, auctoritate apostolica decernimus, ut illud idem robur ea<nde>que vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem habent originales littere supradicte, et eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque et ubicumque sive in iudicio sive alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et
--	---

² Vermutlich die Konstitution Pater familias (= Nr. 52).

³ 1331 November 16.

	<p>eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum ius de novo alicui acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, II idus aprilis anno tertio⁴.</p>
--	---

⁴ 1355 April 12.

^a Ad - apostolicarum RA 40, RV 101; RV 230 Ad futuram rei memoriam inseritur tenor littere facientis mentionem de numero scriptorum litterarum apostolicarum extractus de registro domini Iohannis pape XXII

^b RV 231 folgt se

^c ut RV 231 quod

^d RV 231 folgt ad

^e RV 231 folgt si

^f RV 231 folgt in

^g RA 40 folgt existere

^h redactum RV 231 reductum

ⁱ et fehlt RV 231

^j certa RV 231 circa

^k obventiones RV 231 eventiones

^l RV 231 folgt nobis

^m humilis RV 101, RV 231 humiliter

ⁿ percipient RV 231 perciperent

^o pontificatus nostri fehlt RA 40, RV 101

87.

Arm. 41, fol. 135v-136r; **Instr. Misc. 1208** (*Bild bestellen*); **RV 116**, fol. 15ra (Rubrik), fol. 225ra-225va (= a), fol. 388rb-388vb (= b); **Regest**: Jean XXII, *Lettres secrètes et curiales du pape Jean XXII relatives à la France* 9, S. 112 Nr. 4751 (nach RV 116).

AD FUTURAM REI MEMORIAM RESERVATIONES FRUCTUUM PRIMI ANNI BENEFICIORUM VACANTIUM SEPIUS PROROGATE ITERUM A FINE ULTIME PROROGATIONIS AD UNUM ANNUM EXTENDUNTUR^a.

Ad futuram rei memoriam. Olim pro magnis expensarum oneribus, quibus Camera nostra tenuis utique in suis proventibus et exilis gravabatur multipliciter, sicut adhuc gravari dinoscitur, utilius relevandis fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum tunc apud sedem apostolicam vacantium et, que usque ad annum unum apud eam vel alibi ex generali vel speciali reservatione nostra seu alias ad nostram dispositionem immediate spectantia vacare contingeret quoquomodo, - ecclesiis cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis ex causa

permutationis tunc vacantibus seu infra tempus dicte reservationis vacaturis expressim exceptis - reservandos duximus et eidem Camere pro dictis commodius supportandis oneribus applicandos ac deinde reservationem et applicationem huiusmodi usque ad diversos alios terminos diversis temporibus extendentes ac etiam prorogantes nostre intentionis et voluntatis esse declaravimus ac etiam extitisse, quod dicta Camera vel illi, qui ad dictorum fructuum, reddituum et proventuum collectionem deputarentur per ipsam, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum huiusmodi taxatum esset ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere ac deputandis ab ea reliquimus optionem, vel medietatem fructuum beneficii cuiuslibet, quod taxatum non esset forsan ad decimam, exigent et perciperent, parte alia seu residuo fructuum predictorum obtinentibus beneficia ipsa pro servitio exhibendo debito et oneribus eorum supportandis dimisso, quod, si ex consuetudine, privilegio vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis aut mortuo deberentur vel essent certis aliis usibus applicandi, Camera predicta illos^b iuxta modum expressum superius premissis non obstantibus perciperet primo anno. Illi vero, quibus fructus huiusmodi primi anni ex statuto, consuetudine vel privilegio deberentur, illos anno immediate sequenti possent percipere, sicut primo anno fuerant, si non obstaret nostra dicta reservatio, percepturi. Et insuper, quod^c perceptionis pro eadem Camera fructuum predictorum a die vacationis cuiuslibet beneficii computetur nec collectores aut subcollectores fructuum eorundem de fructibus quorumlibet, que de iure et non de facto dicerentur vacare, se presumerent intromittere, nisi per nos vel auctoritate nostra beneficia ipsa collata essent, ut de iure vacantia vel a nobis vel predicta Camera mandatum recipebant super hoc speciale. Ceterum volumus, quod venerabilis frater^d Gasbertus¹ archiepiscopus Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesis sunt beneficia huiusmodi, aut eorum officiales vel alios, de quibus sibi videretur expediens, dictos fructus, redditus^e et proventus colligi faceret et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis aut quibusvis aliis privilegiis, gratiis, indulgentiis seu litteris apostolicis quibuscumque personis aut locis sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, etiamsi de illis esset in nostris litteris specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio facienda, seu si aliquibus communiter vel divisim existeret a predicta sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ulterius

¹ *Gasbertus de Valle.*

etiam volumus, quod illi, qui per eandem Cameram deputarentur ad collectionem fructuum, reddituum aut proventuum predictorem, subcollectores deputare valerent eosque revocare et alios subrogare, ubi et quando et quotiens extiteret opportunum, sicut in diversis litteris nostris super predictis confectis plenius continetur. Attendentes itaque, quod finis ultime prorogationis et extentionis huiusmodi appropinquat, adhuc dicta Camera magnis oneribus expensarum gravata et volentes eidem Camere super hiis providere reservationem et applicationem predictas sub modis, formis, declarationibus, voluntate ac ordinationibus superius expressis usque ad unum annum a fine ultime prorogationis et extentionis predictarum computandum tenore presentium extendimus ac etiam prorogamus. Nulli ergo etc. Datum Avinione^f, III idus ianuarii pontificatus nostri^g anno XVI².

² 1332 Januar 10.

^a Ad - extenduntur RA 116(a); RV 116(b) Ad futuram rei memoriam. Reservatio fructuum beneficiorum vacantium ad annum prorogatur

^b illos *fehlt* RV 116(a)

^c RV 116(a) *folgt* omnis

^d RV 116(a) *folgt* noster

^e redditus *fehlt* RV 116(a)

^f Avinione *fehlt* RV 116(a)

^g pontificatus nostri *fehlt* Arm. 41, RV 116(a+b)

88.

AA 367; Reg. Aven. \$\$\$ (nicht kollationiert); RV 117 Rubr., fol. 11ra; RV 117, fol. 169ra-169vb; Druck: Jean XXII, *Lettres secrètes à la France* 10 S. 139f. Nr. 5355. Aus **Nr. 84** wörtlich übernommene Teile sind in *Petit* gesetzt.

AD FUTURAM PROROGATUR RESERVATIO FRUCTUUM OMNIUM BENEFICIORUM VACANTIUM SUB CERTIS SINODIS ET FORMIS VALDE LATE^a.

Iohannes episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram rei memoriam. Dudum necessitate multiplicium onerum, que incessanter nostre Camere incumbabant, attenta raritateque proventuum eiusdem Camere ad eadem onera supportanda nequaquam sufficientium diligenti deliberatione pensata pro huiusmodi oneribus supportandis facilius et aliquantulum relevandis fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum^c cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet ecclesiasticorum tunc apud sedem apostolicam vacantium et unius anni tam illorum quam aliorum, que usque ad unum annum ex tunc in antea computandum apud dictam sedem vel alibi vacare contingeret, ex generali vel speciali reservatione ad nostram collationem

vel dispositionem immediate spectantia - ecclesiis tamen cathedralibus et abbatibus regularibus ac beneficiis ex causa permutationis tunc seu infra tempus reservationis huiusmodi vacantibus dumtaxat exceptis -, reservandos auctoritate apostolica et eidem Camere pro utiliori et faciliori dictionum onerum relevatione sub certis modis, formis^d et conditionibus duximus applicandos, decernentes tunc irritum et inane, si secus de huiusmodi fructibus, redditibus et proventibus per aliquem vel aliquos contingeret attemptari, ac deinde de anno in annum usque ad VIII kalendas februarii proximo futuri¹ reservationem, applicationem et decretum huiusmodi ex eisdem causis et rationibus per diversas nostras litteras extendenda providimus sub modis, formis et conditionibus infrascriptis. Voluimus^e namque, quod eadem Camera vel illi, qui per eam ad collectionem fructuum, reddituum et proventuum deputarentur huiusmodi, partem illam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum taxatum est ad decimam, vel residuum, super quo eidem Camere ac deputandis ab ea relinquimus optionem, vel medietatem beneficii cuiuslibet, quod non esset taxatum ad decimam, exigent et reciperent, alia parte seu residuo fructuum, reddituum et proventuum predictorum pro debitis exhibendis, servitiis et oneribus supportandis obtinentibus beneficia ipsa dimissis, quodque, si ex consuetudine, privilegio vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni ecclesiarum fabricis seu defuncto deberentur aut hiis vel aliis * essent usibus applicandi, Camera * predicta illos iuxta tenorem reservationis et applicationis nostrarum predictarum premissis non obstantibus reciperet primo anno, illi vero, quibus dicti fructus, redditus et proventus primi anni, ut premittitur, deberentur, illos sequenti anno perciperent, sicut primo anno debebant percipere, si nostra reservatio huiusmodi non obstaret. Preterea voluimus, quod dicti fructus primi anni exigentur per unum annum integrum a die vacationis cuiuslibet beneficii inchoandum, item quod collectores et subcollectores super hoc deputandi de fructibus beneficiorum illorum, que de iure et non de facto dicerentur vacare, se pretextu reservationis predictae nullatenus intromitterent, nisi per nos vel auctoritate nostra collata essent, ut sic vacantia vel mandatum haberent super hoc speciale. Ulterius in ultima extensione reservationis et applicationis dictionum fructuum per nos facta voluimus, quod, si contingeret aliquod beneficium bis vel pluries eodem anno vacare, fructus illius pro dicta Camera exigentur a die prime vacationis ipsius usque ad ultimam vacationem infra eundem annum, ut predictur, contingentem et ab eadem ultima vacatione usque ad unum annum ab ea continue computandum, moderatione tamen expressa superius observata. Voluimus insuper, quod de beneficiis de iure vacantibus, postquam per nos vel auctoritate nostra collata essent et illi, quibus de ipsis provisum existeret, possessionem illorum obti-

¹ 1334 Januar 25.

nerent pacificam vel per eos staret, quominus illam haberent, fructus unius anni a die ad-
 eptionis possessionis huiusmodi computandi exigerentur pro Camera supradicta iuxta mo-
 derationem premissam dumtaxat, nisi de pluribus annis, per quos beneficia ipsa vacas-
 sent, vellemus et mandarem per alias nostras litteras plus haberi. Si vero aliquis tale
 beneficium, quod de iure diceretur vacare, obtinens et contrarium asserens vellet contra
 impetranter per viam iustitie se iuvare, prestita per eum^f cautione idonea de fructibus uni-
 us anni persolvendis predictae Camere seu collectoribus ab ea deputatis, cum ipsum per
 sententiam ius in tali beneficio non habere constabit, ipsum lite durante ratione dictorum
 fructuum nolumus pretextu reservationis nostre huiusmodi molestari. Quas quidem ordina-
 tiones factas in novissima extensione predicta tantum extendi volumus ad fructus bene-
 ficiorum illorum, que apud dictam sedem antea vacaverant vel tunc vacabant aut vacarent
 in posterum, qui tunc collecti non erant nomine Camere sepe dicte. Super collectis vero
 tunc fructibus huiusmodi pretextu ordinationum ipsarum prefatam Cameram et quosvis
 collectores aut subcollectores super hoc deputatos posse nolumus aliquo tempore mole-
 stari, sicut in litteris supradictis plenius continetur. Sane, cum terminus extensionis ultime
 predictae instare noscatur, nondum necessitatibus onerum Camere prelibate subductis nos
 reservationem, ampliationem^g et decretum predicta ab eodem termino ultimo, qui erit VIII
 kalendas februarii futuri proximo, ut superius est expressum, usque ad unum annum con-
 tinuum ex tunc^h computandum sub modis, formis et conditionibus supradictisⁱ tenore
 presentium extendimus et etiam prorogamus et, ut huiusmodi fructus, redditus et proventus melius
 et commodius exigantur et etiam colligantur, volumus, quod venerabilis frater Gasbertus² archiepiscopus
 Arelatensis camerarius noster per ordinarios, in quorum civitatibus et diocesibus consistunt seu consistent
 beneficia huiusmodi, vel per officiales eorum aut alios, de quibus sibi videbitur, dictos fructus, redditus et
 proventus exigi predictae Camere nostre nomine faciat et levare, contradictores per censuram ecclesiasticam
 appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis aut quibusvis aliis privilegiis, gratis seu
 litteris apostolicis quibuscumque personis aut locis sub quacumque forma et expressione verborum ab
 eadem sede concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus
 mentio facienda, seu statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum et monasteriorum, in quibus bene-
 ficia fuerint supradicta, vel si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici,
 suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de
 verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Preterea volumus, quod illi, qui per eandem
 Cameram deputabuntur ad collectionem predictam, subcollectores suos deputare valeant eosque revocare
 et alios subrogare, ubi et quando ac quotiens extiterit^j opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat
 hanc paginam nostre extensionis, prorogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temera-

² *Gasbertus de Valle.*

rio contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, II idus ianuarii pontificatus nostri^k anno decimo octavo^{l3}.

³ 1334 Januar 12.

^a Ad - late RV 117 Rubr.

^b Iohannes - Dei fehlt RV 117

^c ecclesiasticorum fehlt AA 367

^d modis formis RV 117 formis modis

^e Voluimus RV 117 Volumus

^f eum RV 117 ipsum

^g ampliationem RV 117 amplicationem

^h RV 117 folgt continue

ⁱ supradictis RV 117 suprascriptis

^j extiterit RV 117 erit

^k pontificatus nostri fehlt RV 117

^l decimo octavo RV 117 XVIII

89.

PL 685, fol. 42v-45v; **VL 3986**, fol. 3v-6r; **Druck**: TEIGE, *Audientia S. VI-XI Nr. 5* (nach PL 685/VL 3986).

CONSTITUTIO DOMINI ARCHIEPISCOPI EBREDUNENSIS^a.

(1) Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta varientur humana, presertim quando evidens utilitas hoc^b exposcit et ea, que provisa erant ad remedium, succrescente^c hominum malitia ad noxam tendere dinoscantur, decet et e contrario, ut ea, que olim ordinata fuerunt, provide et ex causa rationabili subsistant, observentur inviolabiliter et penarum impositione et quacumque iuris provisione vallentur et, si qua in eis dubia fuerint, imperfecta vel obscura pro correctione morum et evitacione malorum interpretentur, declarentur et suppleantur. Sane cum bone memorie dominus Guido de Baisio¹ archidiaconus Bononiensis litterarum domini pape contradictarum auditor dudum quasdam constitutiones et ordinationes seu statuta in scriptis redacta fecisset pro utilitate subditorum et bono statu Audientie et eorum, qui circa ipsam Audientiam versabantur, que licet magna fuissent maturitate digesta et pro qualitate illorum temporum in magna utilitate et equitate fundata et tam recte quam salubriter ordinata, attamen succedente tempore ex effrenata cupiditate^d multorum^e, qui plerumque interpretatione maligna et perniciose subtilitate ac viis calumniosis utuntur, ex predictis constitutionibus et statutis quamplures laboris sui et predecessorum suorum fructus indebite perdiderunt, multi procuratores sufficientes et Romane ecclesie utiles propterea, quia formidabant pericula

¹ Guido de Baisio. *Diese Konstitutionen sind gedruckt bei LIOTTA, Appunti S. 41-50.*

iuramentorum in ipsis constitutionibus contentorum, sic se a procurationis officio retraxerunt et ex obscuritate constitutionum earundem lites et discordie sunt exorte ac negotia ipsorum, que in ipsa Audientia pro tempore facere habuerunt, predictorum occasione fuerunt interdum perdita et sepius non sine magno preiudicio indebite^f retardata. Propterea nos Bertrandus^{g2} miseratione divina Ebredunensis archiepiscopus auditor litterarum contradictarum predicte Audientie volentes, quantum nobis est possibile, noxia tollere, iurgia sepelire, periculis occurrere, ius suum unicuique servare et calumniantium malitiis obviare constitutionibus et ordinationibus per prefatum dominum Guidonem factis seu editis per nos diligenti studio recensitis, ipsas in quibusdam interpretandas, in quibusdam supplendas et in quibusdam duximus corrigendas ac quasdam ex eis in suo robore per omnia decrevimus remanere et quasdam constitutiones etiam de novo pro bono statu Audientie et utilitate eorum, qui in ea habunt facere, deliberavimus ordinare volentes, stantes et ordinantes, quod constitutiones secundum modum et formam, qui sequuntur, et in earum forma et effectum quarumcumque constitutionum ab ipso domino Guidone quovis tempore editarum ex nunc in antea illibate et inviolabiliter^h observentur. Constitutiones autem edite noviter et, ut premittitur, reformate sunt hee:

² *Bertrandus de Deucio*

^a Constitutio - Ebredunensis VL 3986; PL 685 Incipiunt constitutiones domini Bertrandi archiepiscopi Ebredunensis auditoris Audientie litterarum contradictarum

^b hoc *fehlt* VL 3986

^c succrescente VL 3986 succurrente

^d cupiditate VL 3986 cupidine

^e multorum PL 685 malorum

^f indebite *fehlt* PL 685

^g Bertrandus VL 3986 Bernardus

^h et inviolabiliter *fehlt* PL 685

QUOD NULLUS PETAT SALARIUM ET HABEAT BONUM PROCURATORIUM^a.

(2) In primis statuimus et inviolabiliter ordinamus, ut nullus procurator Audientie de cetero audeat litteras pro salario impedire, nisi plenum et sufficiens mandatum in personam suam confectum ostendat, aut aliud, virtute cuius substitutus fuerit et substitui potuisset et nunc a tempore substitutionis, in quo servire potuit et pro eodem dumtaxat tempore prestito ante omnia iuramento, si aliquid ex dicto mandato recepit, ad salarium admittatur.

^a Quod - procuratorium VL 3986

ITEM SUPER EODEM^a.

